BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 E
10

C-321

Digitized by Google

COMMVNES

CONCLVSIONES

EX QVAESTIONIBVS

FEVDALIBVS.

Vſu frequentioribus,

IN QVIBVS FERE TOTA MATERIA FEVDALIS breuiter, & accuratè explicata comprehenditur.

Atque Supremorum Tribunalium Deciſionibus comprobatur.

IOANNE BAPTISTA BILOCTA

I. C. CLARISSIMO, AC PATRICIO BENEVENTANO

AVCTORE.

ACCESSERVNT ALIQVOT IVRIS RESPONSA SCIPIONIS BILOCTÆ Iutiſconſulti Celeberrimi.

OPVS MIRA ERVDITIONE, ATQVE INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS ornatum, & nunc primum typis demandatum.

CVM ADDITIONIBVS, ET PRIVILEGIO.

NEAPOLI, Excudebat Robertus Mollus MDCXXXVII.

SVMPTIBVS IO. DOMINICI MONTANARII.

Digitized by Google

13. 6. E 10

Digitized by Google

FACVLTAS ECCLESIASTICA.

Supradictas feudales concluſiones doctiſſimi viri Domini Ioan. Baptiſtæ Biloctæ perlegimus, & dignas prælo iudicauimus, cum contineant ſanam, & perutilem doctrinam, & nil contra fidem, vel bonos mores. Neap. die 20. Februarij 1636.

Io. Vincentius Iuuenis Cimiliarcha, & Canonicus deputatus.

Ioſeph Giannettaſius Canonicus deputatus.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Digitized by Google

FACVLTAS REGIA.

Excellentiſſime Princeps,

FEudalis iuris peritiam, doctiſſimè quidem, ſed laconicè, & in multis ſubobſcurè ab interpretibus vetuſtioribus traditam, oportuit ſequentibus ſæculis latius à recentioribus elucidari; Verum tamen iſti & multi fuere, & quamplura ſeriosius ita ſcripſere, vt legentes aliquando, præſertim tyrones, nimia temporis iactura grauarentur. Hinc legum eruditione inſignis, nec minus generis nobilitate, omniumq; virtutum laude ornatiſſimus, Ioannes Baptiſta Biloca, ferè apum induſtriam æmulatus, in ampliſſimis Feudiſtarum campis pulcherrimos flores obſeruans, & ex illis mella decerpens, centum perutiles, & in praxi frequentiores feudales concluſiones breuiter, & concinnè elimauit; quas iuſſionibus tuis obediens, legi, & perlegi, nihilque reſpuendum offendi; quin potius, vt in foro, & in ſcholis præ manibus habeantur, proindeque prælo tradantur dignissimas eſſe dijudico. Vale 2. idus Martij 1636.

Excellentiæ tuæ

ſeruus deditiſſimus

Scipio Theodorus.

VT mandatum mihi ab E. V. cenſuræ munus explerem, concluſiones feudales Ioan. Baptiſtæ Bilocæ pari generis nobilitate, ac iuris, præcipuè feudorum, eminentia, conſpicui, libenter legi, tum auidiſſimè relegi, captus grauitate materiæ, dexteritate tractationis, claritate explicationis, perpenſo ingenij acumine, ac iudicio, in eligendis, leg endiſque, ac conſtringendis, è tam vaſto feudorum, Feudiſtarumque campo, tot nitidis, odoratiſque floribus extricandis, redigendiſque ad perfectam *συγγραφὴν*, tot quæſtionibus, adeo hucuſque ſalebroſis, & dubijs; Materia quidem non omnibus peruia; vtpotè feudalis, quam iure meritò ſibi noſtrates vendicant; meritò ſibi tractandam ſumpſit Biloca, ſequēs maiorum ſuorum veſtigia, veluti hæreditariam; Quamobrem teſtor, nedum in opere hoc nihil me reperiſſe, quod impediat publici iuris fieri, quin potius quàm celeriter typis committendum publico, priuatoque beneficio, ſemper à Iuriſprudentiæ ſectatoribus, præſertim in foro verſantibus, veluti feudale enchiridion præ manibus habendum, ni ſecus iubeat E. V. cui perennem exopto felicitatem. Neap. die 4. Iunij 1636.

Excellentiæ Veſtræ

addictiſſimus cliens

Cæſar Brancaſi.

Imprimatur.

Tapia Reg. Montaluus Reg. Brancia Reg. Zuſia Reg. Caſanate Regens.

Prouiſum per ſuam Excellentiam Neap. die 16. Iunii 1636.

Lombardus.

Digitized by Google

AVGVSTISSIMO
PHILIPPO QVARTO
AVSTRIACO,
REGI CATHOLICO,
Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, &c.
Noui Orbis Monarchæ.

POſthumum opus typis commendaturus (Auguſtiſſime Rex) non leui grauabar animi moleſtia, in ſcriptis mortui genitoris, & gentilis peruoluendis, feligendis, ac diſponendis; præſert im quod viderem deſolatum opus parentes tuos deſiderare, qui ipſum ab Ariſtarchis, & Zoilis vindicarent; ſed cum tandem eo prope in finem redacto, Typographus à me Epiſtolam dedicatoriam poſtulaſſet; hilaritas mœrorem eiecit; Dignoui enim opus hoc Auguſtiſſimo nomini tuo omni iure conſecrandum eſſe, cui videlicet & prædeceſſoribus Regibus immortalis recordationis PHILIPPO III. genitori, & PHILIPPO II. auo, auctores huius voluminis fideliter inſeruierunt, Reipublicæ fræna tractando, ſicuti aliàs ſub eodem PHILIPPO II. Ioannes Camillus meus patruus magnus,& ſub FERDINANDO, & ALPHONSO Aragoneis Regibus, Petrus, & Marinus,maiores, gentileſque mei, Iuriſconſulti doctiſſimi ad ſuprema huius Regni auditoria conuocati, domi, foriſque publicam rem feliciter geſſerunt. Cum igitur hoc opus, alioquin triſte, quia poſthumum, in lucem proditurum, lucem tui glorioſi nominis iure meritò obtineat, ac ſub tuis feliciſſimis auſpicijs foras exire mereatur, libenter profecto publico vſui ipſum trado, ab omnibus infortunijs ſecuriſſimum, ac ab omni naufragio tutum, ſub tuæ incomparabilis Monarchię tutela, ſub qua,ſicuti operis auctores felicitatem ſunt ſemper adepti, ita hoc opus immortalitatem conſequuturum eſſe ſpero; Atque, vt maiorum

Digitized by Google

iorum veſtigijs inſiſterem, quam potui maximam in legalem diſciplinam operam contuli, vt in tuæ Maieſtatis (Rex Inuictiſſime) obſequio, & in tuæ Monarchiæ famulatu quoad mea tenuitas fert, me, meaque omnia impenderem; & dum D. O. M. vt te, tuumque Imperium Catholicæ Religionis bono feliciter ſecundet exoro, à tua liberaliſſima humanitate, vt ignoſcas animi affectum, quem tibi addictiſſimus ſeruus in hac pagella rudi calamo explicaui, humiliter expoſco. Neapoli vj. Kalend. Maij MDCXXXVII.

Sacræ Regiæ Maieſtati Tuæ

Humillimus ſeruus

Octauius Biloeta.

Digitized by Google

CONCLVSIONVM ARGVMENTA

1

FEudatarius vtrum de fructibus feudi disponere possit sine alsensu.

2

Patri an competat commoditas fructuũ in feudo filij.

3

De dote de paragio quid, & quanta sit.

4

Filia secundogenita in capillis an excludat à successione feudorum filiam primogenitam nuptam.

5

Filius vtrum possit repudiare allodium, & retinere feudum.

6

In refutatione quando requiratur assensus, & an refutatio debeat cadere in speciale nomen contractus, & an valeat si sit pactionata.

7

Refutatio, seu retrocessio vtilis dominij an fieri possit inuito domino.

8

Differentiæ succedendi in feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario, & in feudo ex pacto; & prouidentia non hæreditario.

9

Fructus feudi aperti, ad quem spectent, ad dominum, ad agnatum, vel ad hæredem in allodio.

10

De excadentialibus, & demanialibus feudorum, & eorum differentijs, & num concedi possint sine assensu.

11

Quo pacto fiat contributio pro soluendis oneribus hæreditarijs inter hæredem in feudo, & hæredem in allodio.

12

Feudo legato, aut donato sine assensu, quo casu non transit, an debeatur saltim illius æstimatio.

13

Quæ actiones competant pro paragio, & pro vita militia.

14

Vita militia quæ, & quanta sit, & quibus debeatur.

15

Vita militia an debeatur fratribus per secundogenitum succedentem in feudis primogeniti, & sic an debeatur in linea transuersali.

16

Quæ sint onera feudi, & onera feudatarij.

17

Adoha quid, & quanta sit.

18

Releuium quid, & quantum sit, & in quibus casibus debeatur.

19

Ius prothomiseos an habeat locum in feudis.

20

Actio ad feudum, an reputetur sicut feudum ipsum.

21

Feudales causę, coram quibus Iudicibus agitandæ.

22

De successione lineæ descendentis in feudis.

23

De successione lineæ collateralis in feudis.

24

De successione lineæ ascendentis in feudis.

25

De successione fratrum in feudis.

26

De reuocatione alienationis vigore constit. Constitutionem diuæ memoriæ.

Feu-

Digitized by Google

27
Feudum hæreditarium in qua ſumma, & quantitate poſſit grauari per teſtatorem.

28
De prælatione Vniuerſitatum ad demanium, quando venduntur.

29
De aſſenſu in alienatione feudi tituli dignitate decorati, feudi titulati, & feudi magni momenti.

30
Teſtamentum an ſit validum in feudis ſine aſſenſu.

31
Præſcriptiones an vendicent ſibi locum in feudis.

32
Euictio an habeat locum in feudis.

33
Reſolutio iuris acceptoris, reſoluto iure datoris, an habeat locum in feudis.

34
Exhæredatio an habeat locum in feudis.

35
De tributis, quæ ſoluuntur Regiæ Curiæ.

36
De ſequeſtro feudi decedentis ſine legitima prole.

37
De adiutorio, & ſubuentione præſtandis à vaſſallis domino.

38
De iuramento fidelitatis, & litteris aſſecurationis.

39
Aſſenſus an poſſit impetrari poſt mortem contrahentium ſuper alienatione, vel obligatione feudi.

40
Aſſenſus an poſſit impetrari ſuper ceſſionem iurium, & hypothecæ poſt mortem contrahentium.

41
De aſſenſu præſtando ei, qui ſucceſſore caret, vel exterus eſt Regni.

42
Rex an poſſit alienare demanialia Regni.

43
In promiſſione de vendendo feudum, an requiratur aſſenſus.

44
De differentijs feudi quaternati recti, quaternati mixti, & plani, & de tabula.

45
Inueſtitura quomodo olim fiebat, & quo modo fiat hodie.

46
Separatio bonorum an habeat locum in feudis.

47
De hypotheca contrahenda ſuper feudo, & de prælatione creditorum in pretio feudi.

48
Inuentarium an iuuet in feudis.

49
De differentijs feudorum, & officiorum.

50
De clauſula decreti irritantis, & annullatiui.

51
De præſumptione feudi, & allodij.

52
Alienatio feudi ex pacto non hæreditarij, & antiqui, quomodo à filijs, & agnatis reuocari poſſit.

53
De priuilegijs dotium Neapolitanarum, vigore aſſenſus taciti.

54
Alienans feudum ſine aſſenſu, an illud amittat, ſi non eſt ſequuta traditio.

55
Aſſenſus domini, cũ fit gratia, an debeat de neceſſitate concedi in caſibus non prohibitis.

56
Alienans feudum ſine aſſenſu, & reemẽs incontinenti, an illud amittat.

57
A feudo ad emphyteuſim, & è contra, an valeat argumentum.

58
Regalia an, & quando veniant in generali conceſſione.

Ius

Digitized by Google

59
Ius accrescẽdi an habeat locum in contractu feudali.

60
In venditione, seu adiudicatione feudi faciendа creditori cum assensu, an requiratur nouus assensus.

61
De natura feudi,& eius derogatione.

62
Accessoria ad feudum an reputẽtur feudalia.

63
Vtile per inutile an vitietur in feudis.

64
De clausulis ad habendum,vendendum, tenendum, disponendum, in perpetuum,& similibus, quid importent in inuestituris.

65
Clerici, Monaci, & Milites Hierosolymitani an sint capaces feudis.

66
Feudales causæ per quæ iura decidi debeant.

67
Compromissum an possit fieri super feudis sine assensu.

68
Emens feudum sine assensu, quo casu emptio est nulla, an agat de euictione contra venditorem.

69
An feuda veniant in petitione hæreditatis.

70
Feudum hæreditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia non hæreditarium,quibus clausulis concipiantur.

71
An feuda veniant in confiscatione.

72
Ius patronatus an infeudari possit, & an transeat in dominum, confiscato feudo.

73
De feudo empto communi pecunia.

74
De feudo ligio.

75
Feuda in Regno an præsumantur de iure Francorum.

76
Feudum vtrum dari possit in dotem sine assensu.

77
Instantia an transeat in singularem successorem in feudis,quanto tempore duret,& an cedi possit sine assensu.

78
De feudo franco.

79
Filij naturales adoptiui,& legitimati, an succedant in feudis.

80
Dominus an teneatur reinuestire agnatum de feudo aperto.

81
Euictio an habeat locum in feudis.

82
Assensus an requiratur, quando est concessa potestas alienandi feudum.

83
Minor ætas quæ sit de iure feudorum, & de iure Regni.

84
Dos de paragio an transmittatur ante nubilem ætatem.

85
Procurator generalis an possit obligare feudum.

86
Ius superueniens an habeat locum in feudis.

87
Exteri Regni qui dicantur in casu assensus legis super dotibus Neapolitan. de quo in concluſ. 53. & in casu alienationis feudorum per exteros faciẽdæ,de qua in concluſ.41.

88
Assensus an possit probari per testes.

89
Refutatio reseruato vsufructu, an fieri possit cum assensu Proregis.

90
Seruitus an possit imponi super feudo, sine assensu.

De

Digitized by Google

91
De rebus redditiis feudo.

92
An vassalli teneantur seruire extra Regnum.

93
Const. Regni an habeant locum in feudis planis,& de tabula.

94
De feudo concesso cum seruitio indeterminato.

95
Vassalli burgenses an possint alienari inuiti.

96
Feuda existentia intra territorium huius Fidelissimæ Ciuitatis Neap. an subiaceant dispositioni consuetud. eiusdem Ciuitatis, quæ disponunt de bonis inibi existentibus.

97
Mora in maritandis fororibus, an operetur illarum masculiationem in feudis.

98
In taxatione vitæ militiæ, & paragij an sit deducenda adoha.

99
Assensus nil de nouo inducit regulariter, sed tantum tollit obstaculum.

100
In feudalibus non sit extensio in materia assensus.

CONSILIORVM ARGVMENTA

1
PActum de futura successione, quamuis stipulatione vallatum, est inualidum, etiam inter fratres, & an iuramento firmetur.

2
Transactio an Vniuersitate facta, quibus concurrentibus iudicetur valida.

3
Bona reddita feudo non sunt feudalia, & in eis succeditur sicuti in burgensaticis.
Frater vterinus an succedat in feudis.

4
Venditor ad quæ teneatur ob possessionem rei venditæ non traditam.

5
Pactum retrouendendi ad tempus appositum in re Ecclesiæ vendita non potest per œconomos prorogari ad beneficium venditoris.

6
Legatum quando sit compensandum cum portione debita vigore statuti.

7
An in crimine vsurarum possit ex officio procedi.

8
Cessio iurium an possit fieri per creditores, quando eis soluitur de pecunia debitoris ad intellectum l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. succed.
Specialis obligatio, quãdo generali præferatur, ad intellectum l. licet, C. qui potior. in pign. hab.

9
Compromissum factum de re Vniuersitatis absque decreto Iudicis, quibus cõcurrentibus iudicetur validum, non obstante defectu decreti prædicti.

10
Falsi crimen quomodo probetur, & varia de reuocatione depositionis ab inquisito factæ, & de effectu bonæ famę, & opinionis probatæ.

11
Nobilitas Beneuentana habet potestatem aggregandi alios ad honores nobilitatis, quæ aggregatio omninò dependet ex voluntate Patriciorum, qui si id facere nolunt, cogi non possunt.

12
Legitima diuino, & naturali iure descendentibus debetur, & in eius locum

Digitized by Google

cum in Regno eſt ſubrogata dos de paragio reſpectu mulierum, quę transmittitur ante nubilem ætatẽ ad quoſcunque hæredes, & idem in conſ. 13. & 14.

15

Senatuſconſultus Macedon. in quibus caſibus ceſſet.

Contractus factus à filiofamil. cum conſenſu patris, in eiuſdem patris beneficium, an ſit validus abſque decreto Iudicis, ad intellectum pragm. Regni ad Macedonianum.

AD

AD OCTAVIVM BILOCTAM I. C.

AVCTORIS FILIVM,

Qui posthuma patris opera in lucem edit.

IACOBVS CAPYCIVS GALEOTA I. C.

QVæ patrius labor ingenij monumenta peregit,
Nunquam letheos præter itura lacus,
Posthuma dum lucem vt videant, Solemque laboras,
Dat pietas nato vincere posse patrem:
Namque illi æternùm, vitam, nomenque perennas,
Si tibi mortales præbuit ille dies.

Ad eundem.

IOANNES THOMAS TIRONVS I. C.

QVòd decora ingenij, & dextræ monumenta paterna,
OCTAVI, famæ ad lumina sponte trahis.
Laudibus anne patris, venturo an consulis orbi?
Te pietas celebrem reddat, an orbis amor?

Digitized by Google

IO. BAPTISTAE BILOCTAE

I. C. NEAP. PATRICII BEN. ANTIQVI ORD.

PATRONI CAVSARVM INSIGNIS.

IAM REGII TRIBVNALIS CAMPANEÆ GENERALIS PRAEFECTI INTEGERRIMI.

COMMVNIVM CONCLVSIONVM

Ex Quęſtionibus Feudalibus vſu frequentioribus, præcipuè in Regno Neap.

CENTVRIA PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Aſſallus poteſt diſponere tàm in vita, quàm in vltima voluntate de fructibus feudi ſine aſſenſu, tanquam de re burgenſatica.*

2 *Fructus feudi poſſunt locari in perpetuum, & id quomodo intelligatur.*

3 *Andreæ de Iſernia, & Bartholomæi Camerarij feudalis ſcientiæ Principum encomia.*

4 *Locatio totius corporis feudi fieri non poteſt ſine aſſenſu.*

5 *Contractus omnes ſuper feudis prohibiti ſunt ſine aſſenſu, & in ſpecie locatio.*

6 *Feudum poteſt locari ſine aſſenſu per quinquennium, & infra, ſed non vltra.*

7 *In conductorem feudi tranſit vſus iuriſdictionis, & omnis alia commoditas percipiendi fructus licet non iuriſdictio, quæ remanet penes locatorem feudatarium.*

8 *Locatio feudi per ſeptennium fieri minimè poteſt, vt opinatus eſt Liparul.*

9 *Locatio feudi fieri poteſt etiam per vltimam voluntatem.*

10 *Teſtator poteſt grauare heredem ſine aſſenſu, vt quolibet anno in perpetuũ de vino, quod colligitur ex vinea feudali det ſalmas duas amore Dei.*

Digitized by Google

11 *Diſpoſitio ſuper fructibus feudi ſine aſſenſu, ea ratione valida eſt, nam cenſetur facta ſuper fructibus conſideratis, vti ſeparatis, vel ſeparandis.*

12 *Super fructibus pendentibus licet non poſſit fieri executio ad inſtantiam creditoris ſine aſſenſu, poteſt tamen fieri ſequeſtrum ad hoc, vt exequtioni ſubiaceãt poſtquam ſunt ſeparati.*

13 *Fructus feudi ſiuè ex contractu, ſiuè ex vltima voluntate alicui debeantur, is non poteſt eos capere propria auctoritate, ſed debet impetere heredem.*

14 *Exequtio ſuper corpore feudi ad inſtantiam creditoris ſine aſſenſu licet olim fiebat, hodie fieri non poteſt ob expreſſam prohibitionem Regiam.*

15 *Fructus feudi, ſi non ſufficiunt pro ſatisfaciendo creditore ſine aſſenſu, tunc proceditur ad venditionem feudi in ſubſidium.*

16 *Io: Vincentij de Anna opinio in Singulari 180. defenditur ab impugnatione Reg. Rouit.*

17 *Quando fit exequtio ſuper fructibus feudi debet relinqui aliqua portio feudatario vt viuere poſſit, & præſtare ſeruitium Domino.*

18 *Teſtator poteſt ordinare multiplicum fructuum, & introitnum feudalium, etiam vltra decennium ſine aſſenſu.*

ARGVMENTVM.

Feudatarius vtrum de fructibus Feudi diſponere poſsit ſine aſsẽſu.

CONCLVS. PRIMA.

1 DE fructibus feudi poteſt feudatarius diſponere tã in vita, quàm in morte ſine aſſenſu. Nam fructus reputantur ſicuti res burgen-
latiæ, & allodiales vti, *Lucas de Penna tradit in l. quicunque la ſeconda C. de omni agro deſerto lib. 10.* ſequitur. *Reg. Conſil. Fab. de Anna præceptor meus vir quidem doctiſſimus in conſil. 37. & 46. vol. 1.* moti omnes, *per tex. in cap. 1. an agnatus.*

2 Et ideo poſſunt fructus feudi locari ſine aſſenſu etiam in perpetuum, quod intelligitur pro toto tempore, quo feudum erit penès locantem, & eius hæ-
3 redes, ſicuti, *in l. Imperialem de probib. feudi alienat. per Frideric. cart. 13. lit. L.* docet BARTHOLOMAEVS CAMERARIVS conciuis meus, iam Locumtenens Magni Camerar. cum Titulo Conſeruatoris Regij patrimonij, in almo Gymnaſio Neapolitano Feudorum interpres, maximo ſtipendio conductus; & in feudali peritia omniũ acclamatione primus poſt ANDREAM DE ISERNIA; Qui Andreas à Sapiẽtibus Regni fuit appellatus Iuris feudorũ Lucerna, Auriga, Parẽs, Princeps, Monarcha, Antiſtes, & Euangeliſta in Regno propter eius certam, profundam, & incõparabilem doctrinam, & ideò dixerunt, quòd Iſern. opiniones equiparantur opinionibus antiquorum I.C. ità vt nefas ſit ab illis diſcedere, & de eo non id queri an benè dixerit, ſed an dixerit.

4 Prædicta procedunt quando locãtur fructus feudi, ſed ſi fieret locatio corporis feudi, tunc obſtaret diſpoſitio
5 *Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*, per quam quicunque contractus ſuper feudis prohibiti ſunt ſine aſſenſu, & in ſpecie locatio, vt colligitur ex generalitate dictæ conſtitutionis, & ex §. *excadentias.*

6 Verum eſt tamen, quod vſu inductum eſt, vt per quinquennium, & infra etiam ſine aſſenſu locetur corpus feudi, quo caſu poſſeſſio, Dominium, & Iuriſdictio remanent penès locato-
7 rem vti, *gloſ. in dicta conſtitutione, in 9. col. in verbo locare num.* 20. Sed in conductorem tranſit vſus tãtùm Iuriſdictionis, & omnis alia comoditas ad finem percipiendi fructus, *Ardizon. in*

ſum.

ſilma feud.n.17. Camill.de Medĩa Aduocatus doctrina, & eloquentia inter primarios inſignis in cõſ.147.n.22. nãm iuriſdictio cũ individua ſit cũ vtili dominio remanet pęnes locatorẽ, vt diximus, & docet *Camer.in l.Imperialẽ fol.98.col.3. lit. Q.* quẽ ſequitur *Camill. de Medic.in loco allegato.* Et quãuis *Afflict.in l.Imperialẽ, col.10.notab.5.* quẽ ſequitur *Liparul. ad Iſern. in eadẽ l in 13.notab.col.10.* dicant poſſe fieri locationẽ feudi per ſeptenniũ, nd quod allegant *cap.Regis Caroli*, quod incipit *itẽ ſtatuimus vti, Camer.in d.l.Imperialẽ f.18.in B.d.cap.tamen hodie nõ inuenitur*, vt teſtatur *Mõtan.in l.Imperialẽ in prin.n.2.de probib.per Frid.* & ego etiã perquiſiui, & nõ inueni, tamen veriori eſt opinio de quinquẽnio, & hoc iure vtimur

9 Poteſt etiam vaſſallus in teſtamento facere locationẽ fructuũ feudi cui ſtare debet ſucceſſor in feudo hæreditario *Cõſil.*

10 *de Ann.cõſ.115.n.9.vol.2.* & grauare filiũ hęredẽ, vt quolibet anno, de vino q̃ tolligitur ex vinea feudali det ſalmas duas amore Dei ſine aſſenſu *Afflict.in d.l.Imperialẽ, n.36. & Capyc in inueſtitura in verbo feudorum fructus f.205.* omnes loquentes in feudo hæreditario, nã in feudo ex pacto non hæreditario non poteſt quis relinquere vnã cãdelã pro anima, ex doctrina *Iſer.in c.1.§.donare, col.3.qualiter olim poter.feud.alien.vti Capyc. in loco allegato poſt Bald.1.n.8. de ſucceſſ.feud.*

11 Ratio in prædictis illa eſt, nã teſtator videtur diſpoſuiſſe de fructibus cõſideratis vti ſeparãdis, qui in totũ ſũt allodiales, ſicuti ſeparati, & de eis valet diſpoſitio ſine aſsẽſu *Camer.in d.l.Imperialem f.17. lit.T. & V. & f.19. ſimiliter lit.T. & V.* quẽ refert, & ſequitur *Reg.Scipio Ron. vir profundæ doctrinæ, & ſũmæ integritatis in prag.4.de feudis nr.45.* Sed ſuper fructibus pẽdẽtibus nõ cõſideratis, vti ſeparãdis diſpoſitio ſine aſsẽſu inualida eſt, ſicuti exequutio ſuper illis ad inſtãtiã creditoris, nã fructus pẽdẽtes tãquã ſolo coherentes pars rei, & ſoli dicũtur, *l.fructus pẽdẽtes, ff.de reiuend.* cũ aliis cumulatis *in dec.290. p Vincẽt.de Frãc.iã inſignẽ Praſidẽ S.C. inter ſcriptores Regni Celeberrimũ, virũ felicißimũ prolẽ quippequi ſeminariũ genuit tot Epiſcoporũ, & Regiorũ miniſtrorum quorũ ſuperſtes Thomas Regius Conſil. integgerrimus virtutibus omnibus ornatiſſimus dignũ tanto genitore ſe filium præbet.*

12 Sed in fructibus pẽdentibus ſuper quibus, nõ põt fieri exequtio p creditorẽ ſine aſsẽſu, poteſt fieri ſequeſtrũ, ad hoc, vt põſtquam sũt ſeparati exequtioni ſubiaceãt vti *Camer.in d.l.Imperialẽ f.19. lit. D.* vbi dicit eſſe perpetuo mẽti tenendũ q̃ hoc caſu exequutio fit in ſubſidiũ, quẽ ſequtur *Reg.de Põt.cõſ.26.n.3.vol.2.* & tũc nõ cõcedũtur fructus creditori tãquã habẽti ius in re, ſed cõceditur illa p̃ceptio fructuũ tm̃ iure creditoris vti *Reg.Rou. in allegata pragm.4. num.73.*

13 Et qñ feudatarius tàm in vita, quàm in morte diſponit de fructibus feudi ſine aſsẽſu, vt diximus nõ trãsfert in tertiũ ius percipiẽdi illos p̃pria authoritate, ſed is debet impetere hæredẽ p̃ illorũ cõſequtione, vti *Reg.Rou in loco allegato, nr.46.*

14 An autẽ ſicuti per creditorem in actione perſonali cũ careat aſsẽſu fit exequtio vigore ſequeſtri in ſubſidiũ ſuper fructibus pẽdentibus feudi poſſit fieri etiã ſup̃ corpore feudi, animaduertẽdũ eſt, q̃ licet hoc fieret tẽporibus antiquis, & immittebatur creditor in poſſeſſionẽ feudi ex primo decreto, vt de fructibus ſibi ſatisfieret ſicuti teſtantur duo *Regẽtes huius Regni Præclariſſimi Io: Antonius Lanarius iam Præſes S.C. & Comes Caſtriſacci in cõſ.12. & Io: Frãc. de Põte Marchio Murchoni in cõſ.34.n.8. vol.1.* Ambo feudorum interpretes, & in Supremo Italicarũ rerũ Cõſilio Senatores emeritiſs. Imò q̃ plus eſt, exequebatur ipſa iuriſdictio, & deputabatur Capitaneus ad exigẽdũ p̃uentus, vti refert *Io:Vinc.de Ann. maximus ſeudiſta in ſing.180.* & talis creditor immiſſus in poſſeſſionẽ corporis feudi poterat nedũ illud retinere, ſed p̃cedere iuris ordine ſeruato ad vẽditionẽ, vt *Præſ.de Frãch. in dec.704.* quæ incipit *in dec.prima ad quod allegat Iſer.et Affl.in cõſtit.ſi quis põſt litẽ, et Frecc.de ſubfeud.lib.2.§.pluribus autẽ modis, verſ.ex hoc dicto num.56.*

Tamẽ per inuictiſſimũ Carolũ V. Cæſarẽm fuit prohibitũ ne fieret exequtio ſuper corpore feudi ad inſtãtiã creditoris ſine aſsenſu, ſic refertur in litteris Re-

gijs anni 1596. relatis à Regente Camillo de Curte doctiſſimo, ac integerrimo Senatore Supremo Italici Cõſilij, & Prę-ſide S.R.C. Neap. Feudorum interprete acutiſſimo *in 1. par. diuerſorũ feudalis, c. multoties concedens, fol.* 53. ibi *a los annos attras, &* Præſ. *de Franch. in d. dec.* 704. *n.* 3. teſtatur ſupradictam prohibitionem fuiſſe factam per Cœſar. Maieſtatem, & hoc à Regentibus audiuiſſe, licet in ſcriptis non appareat, & de antiqua obſeruãtia teſtatur etiã *in dec.* 593. *n.* 9. ſubdẽs, ꝙ licet ſupradicta ꝓhibitio Imperialis non appareat, fuit tñ sẽper obſeruata, & hodie obſeruatur. Et id ꝓpterea fuit poſtea introductũ, vt idẽmet Præſ. *de Frãch.* teſtatur in dicta *dec.* 704. *n.* 4. ꝙ creditor ſine aſsẽſu põt cõpellere debitorẽ, & eius hęredęs ad vẽdendũ feudũ in ſubſidium, quãdo cætera bona allodialia non ſufficerẽt, cũ verũ ſit, ꝙ quotieſcũq; ſuper feudo agi poteſt ſine aſsẽſu in ſubſidiũ tm̃ agitur vti ex *Iaſ. in l. cõmodis, ff. de rei iudic.* & *Iſer. in conſtit. in aliquibus* docet *Camer.* *in l. Imperialẽ, fol.* 91. *lit. M.* Vnde optimè cõcludit *Reg. Rouit. in cõſ.* 77. *lib.* 2. *in princ.* & *in prag.* 3. *de iuriſd. inuic. nõ turb. n.* 15. minimè fieri poſſe exequtionẽ ſuꝑ corpore feudi ad inſtãtiã creditoris ſine aſsẽſu reprobata opin. *Annę in d. ſing.* 180. cuius opinio ſaluari põt, ꝙppequi loquutus ſit de antiqua obſeruãtia tui tẽporis ſublata poſteą per ordinem imper. vt diximus.

17 Et quotieſcũq; exequtio ſuper fructibus feudi fieri permittitur debet relinqui neceſſaria portio feudatario pro ſubſtentatione eius vitæ, & pro præſtando ſeruitio Domino vti *Affli. in cõſtit. ſi quis poſt litẽ, n.* 9. & Reg. *Rouit. in allegato conſ.* 77. *n.* 3. *et prius in prag.* 4. *de feudis n.* 50. *ex theor. Camer. in l. Imperialem, fol.* 20. *lit. G. cum ſequentibus*, & idem tradit *Reg. de Ponte in d. conſ.* 26. *num.* 3. *vol.* 2.

18 Poſtremo, vt benitati conſulamus, iuxtà noſtrũ inſtitutum in his concluſionibus poteſt teſtator ordinare multiplicũ introitũ feudaliũ ſine aſsẽſu, etiã vltra decem annos, vt latè diſputato articulo cõcludit *Reg. Rouit. in d. pragmat.* 4. *num.* 54. Nam hoc caſu teſtator conſiderauit illos introitus, & fructus vti ſeparandos, ſicuti quando feudatarius diſponit, quod fructus percipiendi ex feudo implicentur in emptionem, nam cũ talis implicatio fieri minimè poſſit, niſi poſt recollectionẽ, & ſic poſtquam ſeparati fuerint feudatarius cõſiderauit hos fructus nõ vti pendentes, ſed vti ſeparãdos, qui allodialẽ naturam retinent, & propterea in dicta diſpoſitione non opus eſt aſſenſu, vti *Regi Rou. probat in d. num.* 54. & *conſ. de Anno in dicto conſ.* 46. *num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus non competit Patri in feudo filij.*

2 *Fructuum cõmoditas quid ſit, & an competat patri ſuper feudo filij.*

3 *Pater tenetur reddere fructus, ſeu eorum pretium filio; finita patria poteſtate, quando percepit comoditatem fructuum ex bonis filij.*

4 Pater *tenetur præſtare cautionem de reddendo fructus, vel eorum pretium finita patria poteſtate.*

5 *Fructus, qui percipiuntur ex bonis caſtrẽſibus, ſeu quaſi ſunt bona aduentitia.*

6 *Doctores, qui tenuerunt opinionem affirmatiuam recenſetur, & qui negatiuam num.* 7.

8 *Auctor concludit pro opinione negatiua cum DD. Hiſpanis.*

ARGVMENTVM.

Patri, an competat commoditas fructuum in feudo filij.

CONCLVS. II.

CVm indubitati iuris ſit patri nõ ſpectare vsũfructum in feudo filij, *vt Iſer in c.* 1. *de his, qui feud. dare poſſ.* quod poteſt eſſe Caſtrenſe, quaſi Caſtrenſe, & aduentitium, prout *Iacob. de Beluiſ. in cap.* 2. *de duob. fratrib. de nouo benefic. inueſt.* & *Iſern. in cap.* 1. *S. valuaſores, qui feud. dare poſſ.* & etiam

etiam profectitium, vt *Præſ.de Franch. deciſ.4.num.8. & quamuis Affl. deciſ.* 183. *n.4.* dicat quod feudum refutatũ ſit Caſtrenſe ex doctrina *Bald.in l.cum multa C. de bonis, quæ lib. tamen Bald.* loquitur in feudis regalibus,& conceſſionibus Imperialibus, vt aduertit idẽ de *Franch.in d deciſ.4.num.14.*

Quod procedit in feudo quouis modo quęſito,vt probauit *Reg.Coſtantius Miniſter nunquam ſatis laudatus in l.2.C. de filijs offic.lib.12. nu.57.* vbi refert rationes,quare patri non queratur vſusfructus in feudo filij.

Dubitari contingit, num patri competat ſaltim illa comoditas fructuum, quæ competere ſolet in allodialibus
2 quando denegatur vſusfructus, & quæ comoditas nil aliud eſt, niſi facultas vtendi, & fruendi fructibus donec du-
3 rat patria poteſtas, qua ſinita tenetur pater illos fructus, ſeu eorum pretium reſtituere filio, & de eis, vel de pretio reddere rationem, & ſic dicuntur fructus fructuũ, *Paul. de Caſtro conſ. 445. num. 7. lib. 2. & Iaſon in l. cùm filius familias nu.158.ff. de legatis 1. Arrius Pinell. in ſimili in l. 1. C. de bonis maternis par. 2. num. 40.* quo casu tene-
4 tur pater præſtare cautionem de vtendo, & fruendo ad ſimilitudinem cautionis rerum, quæ vſu conſumuntur, prout idem *Arrius Pinellus loco allegato nu.41.*

Quæ fructuum comoditas, ex illa ratione patri competit, quando ei denegatur vſusfructus, quoniam fructus, qui perueniunt ex bonis caſtrenſibus,
5 ſeù quaſi mutant naturam, & fiunt bona aduentitia, ita *Borgn.Caualcan.de vſufructu mulieri relicto num.* 181.

Hæc quæſtio eſt valdè controuer-
6 ſa, ſi quidem pro affirmatiua tenuerunt primæ claſſis Doct. *Angelus Aretinus in* §.1. *inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur*, quem refert *Iaſon in l. cum filio familias ff.de legat.* 1.*Bald. & Beluiſ.in cap.2. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis*, & ex noſtris, *Loffred. conſ.10. & Præſes de Franch. deciſ.10. num. 9.* qui alios adducit.

Pro cõtraria verò negatiua opinione,quòd non quæratur comoditas fructuum adducuntur multi DD. Hiſpani magnæ authoritatis, v3. *Molina de primogen.Hiſpan.lib. 1.cap.15.nu.33. Rod.Suarez in quæſt.Maioric.num.18. Gregorius Lopes fulgens ſydus Hiſpanię in 4.par. tit.17. l.5. in verſ.el Vſufructu in fine. Ioannes à Monteallegre in tract.de exercend.pract.act.lib.2.cap.1. num.66.* quibus adſtipulantur nonnulli DD.Itali relati à *Conſil.de Anna conſil. 51.num.9.& à Conſil.Io:Andrea Georgio iam meo ſocero, in almo huius Vrbis Gymnaſio Feudorum interpetre acutiſſimo,omniq;ſcientiarum genere pollenti in repetit.feudal. cap.40. nu.20. cum ſequentibus, & poſtremò à Conſil. Filippo Paſchali in tract. de viribus patriæ poteſt.cap.3.num.9.*

Hæc quæſtio non reperitur deciſa, licet in contingenti caſu aliàs Colla-
8 terale conſilium adheſerit opinioni affirmatiuæ, *Angeli*, vt refert *Præſ. de Franch.deciſ.10. num.9. & deciſ.161. in fine*, vbi dicit etiam, quòd opinio Ludouici Molinæ, de qua ſupra pro negatiua opinione ob auctoritatem talis viri reddidit ſe ipſum pręſidem dubium in ſequendo opinionem Angeli, quã tenuit pro vera Collaterale Conſilium, & quòd opinio Angeli non ſi tuta dixit etiam *Conſiliar. Georg. in lectur. feudal. cap. 40. num. 56.* Et hæc opinio negatiua mihi verior videtur, nam ſicuti patri denegatur vſusfructus in feudo filij ne ledatur Dominus in ſuis Iuribus Dominicalibus,pari ratione debet denegari fructuum comoditas,& quælibet adminiſtratio, vt idem *Georg.in d.cap.40.nu.46.in fine.*

Feudatarius enim pro feudo tenetur præſtare fratribus vitam militiam, ſororibus paragiũ,Domino Adoham, adiutoria, & ſeruitium ſiuè perſonale, ſiuè in pecunia ad electionem eiuſdem domini,vti *per Iſern.in cap.1.col.2.nu. 4.de cap.qui cur.vend. Capyc. deciſ.10. nu.15. & deciſ.32. in principio Affict.*

Digitized by Google

deciſ.265. & 320. verſ. non obſtat, & in conſtit. ſi quis poſt litem. Debet etiã ipſe feudatarius de feudo, quod ob militiam datum eſt, *l. cum multa C. de bonis. quæ liberis, vti Camerar. in l. Imperial. fol.21. col.3. lit. O.* eius vitam ſuſtentare vt Domino ſeruire poſſit, vt *Reg. Rouit. conſil.77. nu.3.*

Tot igitur oneribus, & alijs extraordinarijs grauatus ad aliquid patri teneri non debet eo maximè cum Pater nõ fuit cognitus in cõceſſione feudi facta filio, vt latiùs diximus *concluſ.24.*

SVMMARIVM.

1 *Fœmina regulariter eſt excluſa à ſucceſſione feudorum de iure comuni feudorum.*
2 *Fœminæ de iure Regni ſunt vocatæ in defectum maſculorum.*
5 *Fœminæ ſunt excluſæ ſtantibus maſculis, ſub conditione dotationis de paragio in feudis hæreditarijs.*
4 *Succeſſor in feudo ex pacto non tenetur præſtare dotem de paragio ſororibus, ſed tenetur ad vitam militiam fratribus ſecundogenitis.*
5 *Paragium nõ eſt idem, quod legitima, ſed ad inſtar legitimæ.*
6 *In paragio, ſicuti in legitima non poteſt apponi onus.*
7 *Paragium regulariter debet eſſe equialens legitimæ licet poſſit eſſe minus legitima in dotata à Patre in vita.*
8 *Filia dotata à Patre minus legitima poteſt agere ad ſupplementum ſi eſt enormiſſimè leſa, niſi renunciauerit ſuplemento, cum iuramento.*
9 *Paragium poteſt eſſe maius legitima, mortuo patre conſiderata quantitate patrimonij, qualitate coniugum, & numero liberorum.*
10 *Paragium poteſt accedere uſq; ad virilem portionem quando aliàs condigno viro nubere non poſſet.*
11 *Paragium ſuper bonis maternis non poteſt excedere legitimam.*
12 *Paragium ingreſſarum in monaſteriũ ætatis ſolita dari alijs ingreſſis.*
13 *Paragium filiarum, quæ neq; nubunt, neque monaſterium ingrediuntur eſt equialens legitimæ.*
14 *Paragium debetur mulieri etiam ſi nubat ſine dote, vel à viro dotetur, vel dotem habueritex maritagijs numer. 16.*
15 *Paragium debetur ab vtroque parente per Conſtitut. Regni, ſed per conſuetud. Ciuitatis Neap. ſufficit quod ab alterutro dotetur.*

ARGVMENTVM.

De Dote de Paragio, quid, & quanta ſit.

CONCLVS. III.

1 FAemina licet regulariter de iure feudorum ſit excluſa à ſucceſſione feudi, vt in §. *ad filias, & §. proles c.1. de grad. ſucceſſ. feud.* propter inhabilitatem ſexus ad ſeruiendũ, vt in tit. *An mutus, vel ſurdus*, quod limitat *Iſern.* in muliere apta pugnæ, vt poſſit ſuccedere de iure feud. *in c.1. qui feud dare poſſ. §. hoc autem.*

2 In Regno per *conſtitutionem in aliquibus*, quę loquitur generaliter, & per *conſtit. vt de ſucceſſionibus*, quæ loquitur in feudis tantùm, Fœminæ ſunt vocatæ in defectum maſculorum, & ſic vigore dictarum conſtit. Fœminæ non dicuntur eſcluſæ, ſed vocatæ, & in certis caſibus eſcluſæ ratione prælationis maſculorum. *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.3. cap.5. num.50. verſ. ſept. concluſio*, quem refert, & ſequitur *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proregis in Tit. de ſucceſſ. mulier. tit.9. num.27.* & hinc inoleuit illud vulgatum, quòd mulieres in Regno ſuccedunt per diſpenſationem, *Afflict. deciſ.320. num.12.* & propterea fœmina monialis non ſuccedit cum diſpenſatio ſuper vno defect-

Digitized by Google

non extendatur ad aliud. vt *afflict. in loco alleg.*

Excluſæ igitur dicuntur fœminæ in Regno ſtantibus maſculis, non tamen ſimpliciter, ſed ſub conditione dotationis de paraggio, ſi verſemur in feudo hæreditario, (ſecus tamen in feudo ex pacto, pro quo ſucceſſor non tenetur dare paragium ſororibus, *Iſern. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur* in fine, & in *conſtitut. Comitibus*) *Minad. in repetit. conſtit. in aliquibus num.* 41. licet vita militia debeatur in feudo ex pacto per doctrinam *Frecc. de ſubfeudis fol.* 256. *num.* 3. *allegatam à Camillo de Medicis in conſil.* 8. *n.* 25.

5 Hoc paragium per Ius Regni, de quo in dictis *conſtitut. vbi Iſern. & Affict.* ſicut etiam per ius ſpeciale conſuetudinis Ciuitatis Neapolis eſt ſubrogatum loco portionis legitimæ debitæ filijs de iure naturæ iuxta diſpoſit. *textus in §. Aliud quoque capitulum in authentico, vt cùm de appellat. cognoſcitur*, & licet non ſit idem, quòd legitima, vt probat *Neapod. in conſuet. ſi moriat. nu.* 51. eſt tamen quaſi idem ex interpetratione ſapientum Regni.

Ad inſtar ergò legitimæ eſt paragiũ, & ideo ſicuti in illa non poteſt apponi conditio, vel onus *l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtamento*; ſic etiam nec in paragio, *Reg. de Ponte conſil.* 65. *num.* 7. *&* 17. Eadem
7 ratione paragium debet eſſe æquiualens legitimæ, *Affict. deciſ.* 76. Verum eſt tamen quòd aliquando paragium poteſt eſſe minus legitima, & aliquando poteſt traſcendere legitimam, etiã vſque ad virilem portionem.

Minus legitima poteſt eſſe quando filia dotatur à patre in uita. Hæc quæſtio agitata fuit per *Gramaticum in deciſ.* 101. *qui nu.* 24. licet inclinare videatur in illam opinionem, vt poſſit filia dotata minus legitima agere ad ſupplementum, tamen maior pars Doctorum allegatorum per Gramaticum loquuntur in caſu enormiſſimæ leſionis, aliàs ſine enormiſſima leſione non poſſet filia conqueri, ſicut etiam quando renunciaſſet legitimæ, & eius ſupplemento cum iuramento *per tex. in cap. quamuis de pactis in 6.* vti *Gramat. in d. deciſ. nu.* 57. tradit etiam *Capyc. deciſ.* 118. *poſt Iſer. in cõſt. in aliquibus quæſt.* 12. *et Deci. conſil.* 26. *&* 611. *Paul. de Caſtr. conſil.* 275. *lib.* 1. *Alex. conſil.* 29. *ſequitur Reg. Rouit. conſil.* 36. *lib.* 2. vbi pleniſſimè more ſuo agit vtrum filia dotata à patre minus legitima poſſit agere ad ſupplemẽtum, ſic etiam minus legitima eſſe poteſt paragium, ſi legitima excedit dotes conſuetas dari *Frãc. de Amicis in c.* 1. *de his, qui feudum dare poſſ. verſ. et veniendo ad primum ſub num.* 8. *fol.* 164.

Maius legitima poteſt eſſe paragiũ
9 mortuo patre, relictis maſculis, & fœminis conſiderata quantitate patrimonij, qualitate coniugũ, & numero liberorũ vti *per tex. in l. quero ff. de iure dotium, & in l. filiæ vbi Bart. ff. de legat.* 3. tradit *Iſern. in conſt. in aliquibus in fine* quem allegat *Affict. in deciſ.* 160.

Sic etiam in caſu, quo mulier non poteſt condigno viro nubere dos de paragio poteſt aſcendere vſque ad vi-
10 rilẽ portionem, *Iſer. in allegata Conſt. in vltimo notabili, & Gramat. in d. dec.* 110. *n.* 23. & hęc eſt cõmunis & recepta opinio in Regno, vt refert *Camil. Salern. in conſuetud. ſi moriatur in verbo paragium.* Sequitur *Reg. de Ponte in allegato conſ.* 56. *nu.* 17. *lib.* 1. & in ſeqq. nomeris pertractat de alijs quæſtionibus circa materiam. Eandem opinionem extra Regnũ amplexi fuere, *Muta Siculus deciſ.* 90. *nu.* 53. *Don Garſia Maſtrillus I.C. doctiſſ. dec.* 48. *in principio, et Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *num.* 36. *in* 1. *par.*

Prędicta limitantur in paragio debito in bonis maternis, in quo ſtrictius
11 proceditur, ita vt non poſſit excedere legitimam, *Iſer. in conſtit. in aliquibus col.* 12.

Limitatur etiam in paragio ingreſſarum in monaſterium, quod eſſe poteſt minus legitima contra opinionẽ *Affl. in*

12 *in deciſ.*348. tradit *de Franch.in deciſ.* 64. dicens hoc paragium ingreſſarum eſſe quantitatem ſolitam dari ingreſſis in illud monaſterium, & eum ſequtus eſt *Reg.Rouit.conſ.*42. *n.*4.1.*vol.* quod nedum in Regno, ſed etiam extra. ſeruatur,vt teſtatur *Gaſpar Theſſaur.quæſtio.forenſ.*60.*num.*16.*et Fontanell. in loco allegato clauſ.*5.*par.*1.*num.*55.

Filiabus autẽ,quæ neq; nubunt,neq;
13 monaſteriũ ingrediuntur debetur hoc paragium equiualens legitima,nec minus, nec vltra, *Neapod. in conſuetud.ſi moriatur nu.*67.

14 Filiæ verò, quæ propter pulchritudinem nubunt, vel à viro dotantur adhuc eis debetur paragium, ſicut etiã ſi dotatæ ſint ab alterutro ex parentibus nam ab altero paragium debetur equiualens legitimæ vti *Afflict. in dicta deciſ.*160.

15 Verum eſt tamen,quòd vigore conſtitut.in aliquibus excluditur fæmina à ſucceſſione paternorum, & maternorũ ſub conditione dotationis, & ideò tot debent eſſe dotationes, quot ſunt ſucceſſiones, quod ſecus eſt de iure conſuetudinario huius Ciuitatis Neapol. quibus attẽtis ſufficit vnica dotatio, vt mulier excludatur ã ſucceſſione,*Anna allegat.*81.*nu.*6

16 Sic etiam filiæ, quæ dotem habuit ex maritagijs competit paragium in bonis paternis, & maternis ex rationibus,de quibus *Regens Rouitus conſ.*36. *nu.*18.*lib.*2.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſecundogenita in capillis excludit ſecundogenitam nuptam à ſucceſſione feudorum in viuentibus Iure Frãcorum.*

2 *Filia dotata excluditur à ſorore ſecundogenita in capillis exiſtente ab hæreditate dotantis tantũm, non aliorũ.*

3 *Filia primogenita, ſi quando nubit proteſtata eſt cum cõſenſu patris, et cum aſſenſu Regio de non renunciando futuræ ſucceſſioni, non excluditur à ſecundogenita in capills.*

4 *Deciſio S.C. pro ſecundogenita in capillis in cauſa Terræ Amatricis.*

5 *Capitulum Regni emergentium expenditur,et declaratur, in quibus caſibus procedat num.*6.

7 *Differentia ponitur inter Fiſcum ſucceſſorem, et priuatum.*

8 *Filia primogenita dotata.vt excludatur à ſorore in capillis, opus eſt, quòd ſit dotata in vita patris.*

9 *Deciſio Preſ.de Frãch.*228.*expenditur, et ab impugnatione nimis ſubtilis Federici Viualdi defenditur.*

10 *Prærogatiua capilli vẽdicat ſibi locum, etiam ſi primogenita non eſſet ſufficienter dotata, quo caſu poteſt agere ſolùm ad ſupplementum.*

ARGVMENTVM.

Filia ſecundogenita in capillis, an excludat à ſucceſsione Feudorũ filiam primogenitam nuptam,

CONCLVS. IV.

1 Ilia ſecondogenita in capillis exiſtens;(eſt enim phraſis *cõſtitut. vt de ſucceſſionibus* ſignificans filiam non nuptam, deſumpta à Iure longobardo, *in l.*23.*de ſucceſſ.tit.*14.*in Longobard.*in viuentibus Iure Francorum excludit filiam primogenitam dotatam, & nuptam à ſucceſſione feudorum vigore ſupradictæ conſtitutionis *in* §. *filiæ autem*.

2 Quod procedit,& declaratur,*in eodem* §.*et in pragmat.*1.*de feudis detta la Filingera*, vt excludatur à ſucceſſione illius

Digitized by Google

illius tantùm, à quo fuit dotata; non verò ab aliorum ſucceſſionibus, *Affliſ. in d. Conſt. in* 10. *notab.*

3 Sed ſi primogenita nubens expreſsè poteſtata ſit cum conſenſu patris, & per dotationem non intelligit renunciare futuræ ſucceſſioni, tunc ceſſat diſpoſitio dictæ conſtitutionis, & excludit ſecundogenitam in capillis, vt *Fab. de Anna conſ.* 8. *num.* 3. & *Reg. de Ponte conſil.* 10. *nu.* 27. *et conſ.* 21. *n.* 39. *omnes lib.* 1. *Cam. de Medic. conſ.* 61. *nu.* 20.

4 Et ſic fuit iudicatum in S. C. in ſucceſſione Terræ Amatricis inter ſorores de familia Vitellia, vt teſtator *Reg. de Ponte in d. conſil.* 21. *n.* 33. & *d. conſ.* 10 in quibus ſcripſit pro primogenita, & *Conſil. de Anna*, pro ſecundogenita, *in d. conſil.* 8. pro qua etiam ſcripſit *Conſ. Scipio Theodorus vir undequaq; doctiſſimus*, & *Regius miniſter integerrimus in allegat.* 80.

5 Et licet prædictis videatur obſtare *cap. Regni*, editum per Carolum Tertiũ incipiens *emergentiũ*, alias incipit *Vniuerſis præſentis ordinationis*, in quo prohibentur fraudes, quæ fiebant in dotãdis mulieribus ad excluſionem Fiſci, vt in caſu ſucceſſionis non dicerentur dotatæ, & ſuccederent non obſtante Conſtitutione.

6 Tamen dictum cap. loquitur in caſu quãdo Fiſcus eſſet immediatè ſucceſſor, & in eius fraudem fieret cõtractus, & titulus dolis eſſet ſimulatus, & non adeſſet *Regius* aſſenſus, de qbus limitationibus *Reg. de Ponte d. conſ.* 10. *nu.* 27.

7 Quare concluditur, quòd proteſtatio, de qua ſupra eſt valida tàm reſpectu priuati ſucceſſoris, quàm reſpectu Fiſci regulariter, & ita quoties practicatur, exceptis tamen reſpectu Fiſci ſupradictis caſibus limitatis.

8 Sed vt locum ſibi vẽdicet hæc prærogatiua capilli, quæ eſt potentior primogenitura, vt dixit *Petrus de Gregorio de conceſſ. feudi par.* 4. *queſt.* 5. *in principio*; opus eſt quòd primogenita reperiatur dotata ante mortem patris, aliàs enim ſi poſt mortem Patris etiam ante aditam hæreditatẽ dotata, & nupta fuiſſet ceſſat prorogatiua, ſic *Cumia, Siculus in cap. ſi aliquem in verbo præcedat num.* 2. & *Franciſcus de Amicis feudorum interpres in repitit. tit. de his, qui feudum dare poſſunt in. cap. aduertatis fol.* 265.

9 Et quòd hæc prærogatiua capilli locum habeat quando agitur de ſucceſſione dotantis tantùm fuit alliàs deciſũ in Regia Camera, vt refert *Præſes de Franch. deciſ.* 228. quam deciſionem, defendit noueſſimè *Lelius Caputus in repetit. conſuetud. ſi moreatur par.* 1. *ſ.* 3. *fol.* 113. *nu.* 14. ab impugnatione nimis ſubtili, & contra communem *Federici Vivaldi* in ſuo vero, vt ipſe ait intellectu *Conſtitut. vt de ſucceſſionibus in verſic. ex Collaterali*, & *ſupra allegata pragmat.* 1. *de feudis*, impreſſo in fine repetitionum *Lelij Caputi ad Conſuetudines.*

10 Hæc prærogatiua locum habet etiã ſi filia non eſſet ſufficiẽter dotata, nam adhuc excluditur à ſorore in capillis, poterit tamen agere ad ſupplementum, vt habetur in dicto *cap. emergentium.* & habet locum in dote etiam non ſoluta, ſed promiſſa *l. ſi quis teſtibus in fine, I. C. de teſtib. Iſern. de nat. ſucc. feudi ſum.* 19.

De cætero non exiſtente filia in capillis, ſuccedit nupta, *Capill. de Medic. conſ.* 61. *nu.* 13. *per dictum conſtitut. vt de ſucceſſionibus in §. filia.*

SVMMARIVM.

1 *Filius vtrum poſſit repudiare allodium & retinere feudum Iſern. videtur, & vtrumq; aſſerere, & vtrumq; negare, ſed conciliatur nu.* 4. *et* 5.

2 *DD. Feudiſtæ diſtinctionis fadere conati ſunt ſedare contrarietatem, & Capyc. putauit, quòd Iſern. ſe correxerit, dum contrarium dixit eius, quod primo loco dixerat, quam opinionem impugnat Liparul.*

3 *Alia aſſertur cõciliatio Roffred. & Cam. quam ſimiliter impugnat Liparul.*

4 *Ardizon aliam affert, distinctionem pro conciliatione contrarietatis.*

5 *Liparul. acquiescit distinctioni Ardizonis ex doctrina Iacobi de Bleniso, & aliorum.*

6 *Iacob. de Beluis. loquutus est in feudo ex pacto contra opinionem Afflict. qui propterea malè reprehendit decis. S.C. quam defendit Pras. de Franch.*

7 *Referuntur decisiones, ex quibus apparet Iacob. de Beluis. loquutũ fuisse in feudo ex pacto et hæc est cõmunis cõclusio.*

8 *Filius non potest retinere feudum ex pacto, & repudiare allodium, quod secus est in agnato.*

9 *Successor in feudo hereditario siuè veniat contra, siuè præter voluntatem defuncti tenetur ad omnia onera, & non potest repudiare allodium, & retinere feudum, & sic pluries fuit iudicatum, & num. 11.*

10 *Refertur opinio Reg. de Curte contraria, & reijcitur.*

ARGVMENTVM

Filius vtrum possit repudiare allodium, & retinere feudum.

CONCLVSIO.

1 ANN. filius possit repudiare hæreditatem patris, & retinere feudum ex pacto, & prouidentia antiquũ, fuit controuersa quæstio inter feudistas; siquidem *Isern. in cap. 1. an Agnatus*, qui est magistralis, & topicus textus huius materiæ dixit, quod filius nõ potest repudiare hæreditatem, & feudum retinere, idem *Isern. in cap. 1. de success. feudi §. hoc quoque num. 7. in fine, ibi hæc feuda habent descendentes*, & in alijs locis adductus, *per Liparul. in addit. in dicto cap. 1. an Agnatus in verbo quamquam sit ex pacto in fine col. ibi & est verũ.* Expressè tenet, quòd filius possit repudiare hæreditatem retento feudo.

2 Conati sunt DD. feudistæ sedare hanc contrarietatem dicentes, quòd *Isern. in dicto cap. 1. an Agnatus*, correxerit se, in alijs dictis in cæteris locis sic *Capyc. in inuestitura in verbo ex pacto, & prouidentia feudum vers. tertia declaratio, fol. 238. sed Liparul. in loco allegato*, impugnat hanc *Capycij* conciliationem,

3 *Camerar. verò in l. Imperialem fol. 973. col. ii. N.O. ibi querta species, & Loffred. in d. cap. 1. an Agnatus col. 5. in principio*, ita sedare conati sunt, quòd dum *in cap. 1. de success. feudi.* & in alijs locis adductis *per Liparul. Isern.* dicit nõ oportare filium esse hæredem supplendum est in feudo, de quo est quæstio, & dum *in dicta cap. 1.* an Agnatus teneat, quòd oportet esse hæredem supplendũ est in allodio. Hanc distinctionem similiter reprobat *Liparul. in loco allegat.*

4 *Ardizon. in summa in titulo de success. feud. §. item quæritur*, conatur sedare hoc modo, quod si pater moriens ab intestato, vel condito testamento filium instituit in feudo ex pacto, tunc locum habet doctrina *Isern. in dicto cap. 1. an Agnatus*, & *in cap. filius de cap. qui Curiam vendidit*, vt non possit filius repudiare hæreditatem, & retinere feudum aut pater instituit extraneum, & tunc procedent aliæ doctrinæ *Isern.* vt eo casu possit habere feudum sine allodiali hæreditate, & sic filius dicitur hæres sanguinis, iuxtà *text. in cap. 1. de nat. success. feudi*; sicut quando esset institutus vel moreretur pater ab intestato esset hæres hæreditatis (hæres enim feudi non potest esse quas, nisi in feudo hæreditario, vt infrà diximus *conclus. 7. Reg. de Ponte cons. 34. nu. 4.*

5 Hunc distinctioni acquiescit *Liparul. loco allegato*, ex opinione *Baldi*, & *Afflict.*

Afflicti in dicto cap. an Agnatus, & Iacob. de Beluiſ. ibidem, cuius verba refert *Prꝛſ. de Franch. in d. dec. 1. n. 16.* qui la-
6 tè examinat quæſtionem, concludens, quòd Iacob. de Beluiſ. loquutus eſt in feudo ex pacto contra opinionem, & intelligentiam *Afflicti in dicto c. 1. an Agnatus*, qui putauit, quòd Iacobus de Beluiſio loquutus eſt in feudo hereditario, & propterea in *deciſ. 240. Affli.* dixit malè fuiſſe iudicatũ in S. C. quia illi Conſiliarij neſcierunt in profundo pelagi nauigare, actamen *de Franch. in dicta deciſ. 1. num. 21.* reſpondet Affli-cto dicens, quòd illi DD. fuerunt optimæ Nautæ, & practici remiges, tenẽ-do quòd Iacob. de Beluiſio loquutus ſit in feudo ex pacto non hæreditario.

Et quòd *Iacob. de Beluiſ. in loco al-*
7 *legato* loquutus ſit in feudo ex pacto tenet, ex modernioribus *Conſil. Georg. alleg. 20. num. 34. & in lecturis feudalibus cap. 46. num. 27.* vbi teſtatur ſic deciſum per Collaterale Conſilium, *& Franc. de Amicis in titul. de his, qui feud. dare poſſunt in cap. faciunt etiam, fol. 7. in fine poſt num. 10.* dicit ab opinione Iacobi de Beluiſio, qui loquutus eſt in feudo ex pacto non eſſe recedendum in iudicando, cùm ſit verior opinio.

Prædictæ diſtinctiones procedũt in
8 filio, ſed ſi ſumus in agnato is poteſt ſemper repudiare hæreditatem, & retinere feudum, cùm ab Agnato non debeatur tanta reuerentia defuncto ſicut à filio, & hinc originem ſumpſit illud vulgatum, quòd Agnatus eſt melioris conditionis, quàm filius, *Iſern. in dicto cap. 1. an Agnatus, & Conſil. de Anna conſil. 6.* Prædicta omnia procedunt in feudo ex pacto non hæreditario.

Sed ſi verſemur in feudo hæredita-
9 rio, ſiuè quis veniat præter voluntatem defuncti, vt eſt caſus in dicta *deciſ. 1. de Franch.* ſiuè contra voluntatem, prout eſt caſus in *allegatione Georgij 20.* ſemper véniens ad feudum tenetur ratum habere factum defuncti, & proce-*dit tex. in l. cùm à matre C. de rei vendicat.* ita vt nõ poſſit retinere feudum, & repudiare allodium, & ſic multoties fuit deciſum in Collaterali Conſilio, & impoſitum perpetuum ſilentium, vt refert ſupradictus *Georgius* in loco allegato, *Lanarius conſ. 80. de Ponte conſ. 13. & de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 3. nu. 21. Franc. de Amicis in loco ſuperius allegato in verſ. faciunt etiam ad predicta fol. 27.*

10 Contra hãc opinionem inuehit vehementer *Reg. de Curte in eius diuerſorio feudali in cap. incipiente multoties concedens fol. 49. à tergo num. 62. prope finem*, qui ex authoritate *gloſſ. in conſt. vt de ſucceſſionibus, et ex Afflict. deciſ. 385. et Capyc. deciſ. 64. et 199.* & aliorũ quamplurium tàm Regnicolarum, quàm exterorum concludit per plures numeros à *num. 62. vſque ad 82.* quòd non ſolùm in feudo ex pacto, ſed etiam in feudo hæreditario ſucceſſor non tenetur habere ratum factum defuncti, & propterea non tenetur ad onera quando alius eſt inſtitutus hæres referens *num. 72.* ſic aliàs fuiſſe iudicatum per S. C. & Regiam Cameram in Collaterali Conſilio.

11 Tamen verior eſt opinio affirmatiua, vt in feudo hæreditario, omninò hæres ſuccedens, etiam altero inſtituto teneatur ad onera, & ſecundùm hanc opinionem, eſt iudicatum, vt refert *Conſil. Gizzarell. deciſ. 28. in fine*, & ſic paſſim iudicatur, & opinio *Reg. de Curte*, fuit in hoc almo Gymnaſio Neapol. diſputata, acuendorum ingeniorum cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio quæ fit proximè immediatè ſucceſſuro, aſſenſu non eget, ſi fiat per contractum, ſecus autem in vltima voluntate.*

2 *Refutatio quæ fit immediatè ſucceſſuro, debet cadere in ſpeciale nomen contractus ſecundùm opinionem aliquorum, quæ impugnatur nu. 3. et 4.*

5 Re-

Digitized by Google

5 *Refutatio quæ ſit proximè, et immediatè ſucceſſuro, vt valeat ſine aſſenſu, debet eſſe pura, ſimplex, nõ cõditionata, non pactionata, nec correſpectiua.*

6 *Refutatio, quæ ſit proximè immediatè ſucceſſuro pactionata quod valeat ipſa, ſed pacta reijciantur quomodo intelligatur.*

7 *Agnato proximè, et immediatè ſucceſſuro poteſt etiam obligari feudum ſine aſſenſu.*

8 *Refutatio, quæ ſit proximè, et immediatè ſucceſſuro debet regiſtrari in Regia Camera infra quindecim dies.*

9 *Refutatio immediatè ſucceſſuro, an fieri poſſit, ex nunc pro tunc, ſequuta morte ſine aſſenſu; Altercantur interpetres.*

10 *Verior opinio refertur, vt fieri minimè poſſit ſine aſſenſu, ex quo eſſet refutatio conditionalis.*

11 *Proximitas actenditur tempore, quo fit refutatio, nõ autem tempore mortis refutantis.*

ARGVMENTVM.

In refutatione quando requiratur aſſenſus, & an refutatio debeat cadere in ſpeciale nomẽ contractus, & an valeat ſi ſit pactionata.

CONCLVS. VI.

1 REfutatio, quæ ſit agnato proximè immediatè ſucceſſuro non requirit aſſenſum, ſi fiat per viam contractus (ſecus autẽ ſi fiat per vltimam voluntatem) *Iſer. in conſtitutione Hac edictali la ſeconda Camer. in l. Imperialẽ f.24. lit.S.* eùm nihil aliud ſit quàm prætentio futuræ ſucceſſionis; quod ſit refutante abdicando, ſe de medio per illum actum; conſtituendo in locum ſuum immediatum ſucceſſorem: *idem Camerar. in d.l. Imperialem fol.31.1. col. poſt Iſern. in cap.1. de eo, qui finem fecit Agnato*, ſequitur *Loffredus in cap.1. §. Titius ſi de feuda defuncti militis*, ita vt refutatarius habeat omnem comoditatem, & n ihi remaneat penes refutantem *Præſ. de Franch. deciſ.3.num.9.*

2 Quæ refutatio, vt valida ſit debet cadere in elegans, & ſpeciale nomen contractus, donationis, venditionis, vel permutationis, ſic *Reg. Lanar. conſ.85. num.3.* per doctrinam *Iſern.* infra allegandam ita vt ſi ſimpliciter diceretur refuto actus non valeret, *Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellus in verſ. ſed hoc de veſtitatione, de alienat. feudi pater. et in cap. 1. de eo qui finem fecit Agnato in principio, Camerar. in l. Imperialem fol.25. col.2. Loſſred. in dicto §. Titius in verſ. quia.*

3 Verum eſt tamen, quòd *Io. Vinc. de Anna in allegat.97.* defendit acerrimè non opus eſſe prædictis particularibus verbis quando per equipollentia conſtaret velle quempiam donare; & refert deciſionem Regiæ Cameræ cum interuentu duarum aularum S. C. pro hac ſua opinione.

4 Quam opinionem ego veriorem exiſtimo ex adductis etiam per *Conſ. Fab. de Anna in conſ.41. num.15.* vbi multis medijs cõcludit ſufficere equipollentia verba dum celebratur contractus aptus ad transferendum dominium, & ſi titulus adhibetur habetur pro non titulo, & reſoluitur in vim refutationis per *tex. in d. §. et ſi libellus*, ibi non eſt libellus, ſed quaſi refutatio; quod tradit etiam *Montan. in l. Imperialem §. ſi quis infeudatus num.35. lit. B. fol.130.* & propterea ſi vẽdatur feudũ proximè immediatè ſucceſſuro non competit huic feudo vendito prælatio pro demanio ſicuti quando venderetur alijs, vt latè diximus infra *concl.28.*

ea

ized by Goo

ea ratione nam reſoluitur hæc venditio in vim refutationis, & ſic aliàs fuit deciſum per Reg. Cam. vt refert *Bambacar. in c. beneficium nu. 12. ſi de feud. defunct. milit.*.

5 Hæc refutatio debet eſſe pura, ſimplex, & non pactionata, aliàs non valeret ſine aſienſu, ſicut etiã ſi eſſet reuocabilis, vel correſpectiua, *Reg. de Ponte conſ. 12. nu. 15.*

6 Et id quod dicitur, quòd refutatio in immediatè ſucceſſurũ valet: pacta verò, & conditiones reijciũtur *ex doctrina Iſer. in c. 1. §. & ſi libellus de alienat. feud. paterni*, quẽ ſequutus eſt *Camer. in l. Imperial. f. 30. & 34. col. 1. et 2. vt per Præſ. de Franch. dec. 591.* intelligitur de pactis initis extra, & poſt refutationem, non verò de pactis appoſitis tẽpore refutationis, de quibus eſt caſus *in d. conſ. de Põte 12.* nam hoc caſu redditur in totũ nulla refutatio ex indiuiduo volũtatis, *vt Loffred. conſ. 3. Reg. de Ponte de poteſt. Frореg. tit. 8. §. 1. nu. 5.*

7 Et Agnatus proximè immediatè ſucceſſuro à fortiori poteſt obligari feudũ ſine aſſenſu *c. 1. §. et ſi clientulus de alienat. feudi paterni Pariſ. de redintegrat. feudi cap. 237. n. 8. Reg. de Ponte in loco allegato num. 2.*

8 Et hæc refutatio, quæ fit immediatè ſucceſſuro debet infra quindecim dies notificari fiſco, vt regiſtretur in quinternionibus Regiæ Cam. pro omni futuro eius intereſſe aliàs nulla redditur, prout *in pragmat. 20. de feudis, & adeſt deciſ. S. C. apud Præſ. de Franch. 663.*

9 An autẽ poſſit fieri refutatio proximè immediatè ſucceſſuro ex nunc pro tunc ſequuta morte, vel in alium caſũ, & ſic conditionalis *Fab. de Anna conſ. 39. in princip. lib. 1. & in conſ. 132. nu. 2. lib. 2.* tenuit poſſe fieri, & eſſe puram refutationem non conditionalem licet effectus ſit translatus poſt mortẽ iuxtà doctrinam *Baldi, et aliorum in authent. contra rogatum C. ad trebellianum.*

Sed *Reg. Rouit. conſil. 59. num. 3. lib. 2.* tenet contrariã opinionem, vt huiuſmodi refutatio ſit cõditionalis, & ideò

10 fieri nõ poſſe ſine aſſenſu multis rationibus, & authoritatibus, & ſignanter *Reg. de Pont. cõſ. 12. 1. vol. et Cõſ. Georg. in allegat. 17. n. 45. et Camilli de Medic. conſ. 49. nu. 8.* vbi in additione *Reg. Cõſ. Fab. Capyc. Galeota eius gener, et nunc Præſ. Reg. Cam. doctiſs. et integerrimus.*

11 Proximitas attenditur tẽpore refutationis, quo refutans ſe aufert de medio per illum actum. *Camerar. in l. Imperialem fol. 20. lit. P.* quidquid in contrarium dixerit *Anna de vaſſallo decrepite ætatis n. 142. verſic: ſed contingit.*

SVMMARIVM.

1 *Feudalis contractus eſt, geſtus gratia vtriuſq; cùm omnia feuda, regulariter ſint conceſſa cum ſeruitio determinato, et ideò tanquam contractus vltrocitroq; obligatorius ab altero reuocari non poteſt, nec inuito domino refutari.*

2 *Feudum cõceſſum cum ſeruitio indeterminato; quo caſu debetur ſeruitium conſuetum in regione, poteſt retrocedi inuito domino.*

3 *Feudum ex pacto, et prouidentia ſi retrocedatur domino; filij, et agnati poſſunt reuocare, et admittuntur ad feudum cum diſtinctione.*

5 *Refutatio, et retroceſſio vtilis dominij, in caſibus in quibus fieri poteſt, debet fieri domino mediato, et ſic Regi, tàm in feudis rectis, quàm in feudis mixtis.*

5 *Refutatio, quæ fit directo domino, non indiget ſpeciali nomine contractus à fortiori, neque indiget aſſenſu, et ſic etiam quilibet contractus, qui fit cum directo Domino.*

6 *Refutatio, et retroceſſio vtilis dominij, ſi fiat de conſenſu vtriuſq; tàm Regis, quàm feudatarij, non reſoluitur infeudatio.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Refutatio, ſeu retroceſſio vtilis dominij, an fieri poſsit inuito dño.

CONCLVS. VII.

1 FEuda in Regno omnia ſunt conceſſa cum ſeruitio determinato, & ideò feudalis contractus dicitur geſtus gratia vtriuſq; ideſt domini, & Vaſſalli, & ſic vltro, citroq; obligatorius, vt *Bart. & alij in l. iuris gentiũ §. quinimo ff. de pactis*, & *Clarus de feud. quæſt. 6.* ex quo ſequitur vaſſallũ feudatarium retrocedere vtile dominiũ inuito domino minimè poſſe *Iſer. in l. Imperialem §. & ideo, & §. & ſi libellus de prohibit. feud. alienat. per Frid. vbi Camerar. fol. 20. lit. T.* licet *Affliſt. in præludijs feudorum n. 49.* contrarium videatur ſentire, cuius opinio eſt contra communem.

2 Sin verò feudum eſſet conceſſum cum ſeruitio indeterminato, quo caſu debetur ſeruitium conſuetum in regione attenta natura, & conſuetudine feudi, vt infra *concluſ. 94.* tunc poteſt fieri refutatio, & retroceſſio feudi inuito domino *cap. 1. de vaſſallo, qui contra cõſt. Lotb. Iacobin. in inueſtitura feudali fol. 78. nu. 59. in verſic. qui quidem inueſtiti*, ſequitur *Reg. de Curte in 1. par. diuerſorij iuris feudorum c. fin. fol. 88. nu. 36. ibi ſecundus eſt caſus*, & *Camillus de Medic. in conſ. 35. nu. 8.* quidquid in contrarium dixerit diſputandi cauſa; *Franciſcus de Amicis in repetit. cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt in cap. fin. nu. 3. fol. 263.*

3 Prædicta procedunt in feudis hereditarijs, ſed in feudis ex pacto, & prouidentia antiquis facta refutatione, & retroceſſione domino, poſſunt filij, & agnati reuocare cũ diſtinctione, quòd Agnati ſtatim, & filij poſt mortẽ, *Iſern. in cap. 1. in verſ. ſed olim nu. 56. & 57. de ſucceſſ feud.* & *nos diximus infra concluſ. 52.*

4 Hæc refutatio, & retroceſſio in feudis nedum rectis, ſed etiã in mixtis, & quaternatis ſecũdùm quid fieri debet, (in caſibus, in quibus fieri poteſt) domino mediato, & ſic Regi, *Camer. in l. Imperieten fol. 73. col. 2.* licet *Iſer. in c. 1. §. poſt refutationem de vaſſall. qui cõtra conſtit. Lothar.* contrarium ſentiat.

5 Et refutatio, quæ fit directo domino ſicuti non indiget aſſenſu, ita nec ſpeciali nomine contractus, *Io: Vinc. de Anna in repetit. cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 47.* ſicuti in quolibet actu in beneficium curiæ cenſetur præſtitus Regius aſſenſus. *Camer. in l. Imperial. f. 12. lit. P. Reg. Rouit. in dec. 83. nu. 18.* Sic obſeruatũ fuit in diſpoſitione facta annis elapſis per Principem Biſiniani in beneficiũ Inuictiſſimi Regis noſtri Philippi III. & in legato facto per Sereniſs. Reginam Poloniæ ſtatus Bari, & Roſſani in beneficium Regis Philippi II. immortalis memorię. Non obſtante quòd prædicta Regina filios haberet, vt refert *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 3. nu. 3.*

6 De hac refutatione, quæ fit immediato domino, copiosè, & doctè ſcripſit *Reg. Lanar. in lecturis feudalibus*, & *propria in repetit. c. 1. de vaſſall. decrep. ætatis num. 30. vſque ad 51. et fol. 308. nu. 58.* dicit quod cùm in Regno omnia feuda ſunt conceſſa cum ſeruitio determinato, non poteſt fieri refutatio inuito domino, vt diximus, ſed ſi fieret de conſenſu tàm domini, quàm feudatarij, tunc non reſolueretur infeudatio ex illa ratione, nàm refutatio non inceſt à principio ex natura rei.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hereditarium, et feudum ex pacto, et prouidentia valdè differunt.*

2 Feu-

2 *Feudum hæreditarium acquiritur trãſmiſſione à defuncto in hæredem, feudum verò ex pacto acquiritur ſucceſſione.*

3 *Succedens in feudo hæreditario dicitur hæres feudi.*

4 *Succedens in feudo ex pacto dicitur hæres hæreditatis, & non feudi, quia non capit ab vltimo moriente, ſed à maioribus.*

5 *Succedens tàm in feudo ex pacto, quàm in feudo hæreditario dicitur hæres ſanguinis.*

6 *Succeſſor in feudo ex pacto, poteſt venire præter, & contra voluntatem defuncti, quod ſecus eſt in feudo hæreditario, in quo procedit text. in l. cùm à matre C. de rei vind. vt diximus ſupra concluſ. 5.*

7 *Feuda ex pacto non hæreditaria ſimillima ſunt feudis hæreditarijs, & in eo ſolùm differunt, nam in feudis hæreditarijs ſucceſſor tenetur habere ratũ factum defuncti.*

8 *De differentijs feudi ex pacto, & feudi hæreditarij remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Differentiæ ſuccedendi in feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario, & in feudo ex pacto, & prouidentia nõ hæreditario.

CONCLVS. VIII.

1 FEudum hæreditariũ eo differt præcipuè à feudo ex pacto non hæreditario nam non poteſt haberi ſine qualitate hæreditaria, *Iſer. in c. 1. poſt n. 9. in verſ. ſed quid ſi nõ acquiſit. de alienat. feud. pater. & in c. 1. n. 7. de ſucceſſ. feud.* & hinc dixit idem *Iſer. in c. 1. §. huius autem generis nu. 11. ex quibus cauſis feud. amittatur, et Camer. in c. 1. nu. 94. an agnatus*, quòd feuda hæreditaria acquiruntur tranſmiſſione à defuncto in hæredem, feuda verò ex pacto ſucceſſione.

Et propterea ſuccedẽs in feudo hereditario dicitur hæres feudi, nã qua-
3 litas hereditaria tributa in prima inueſtitura tranſit in propriam naturam, & ſubſtantiã feudi, & ideò opus eſt quòd ſucceſſor ſit hæres, *Camer. in l. Imperialem fol. 96. 1. col. lit. B.*

Succedens verò in feudo ex pacto dicitur hæres hæreditatis, & non feudi quia habet feudum à maioribus, & non
4 à decedente, & illud capit tanquam rem reſtitutioni ſubiectam, nam in hoc feudo quando conceditur conſiderantur tot donationes quot ſunt perſonæ ſuccedentes argumento *l. quoties C. de donationib. quæ ſub modo*, & ideò vnuſquiſq; venit ex propria perſona, *Iſer. in cap. 1. §. vt olim poſt num. 9. de ſucceſſ.*
5 *feud.* Verum eſt tamen, quòd ſuccedens in feudo ex pacto, & ſuccedens in feudo hæreditario vterq; dicitur hæres sãguinis, cùm vtrumq; feudum deferatur deſcendentibus primi acquirẽtis, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 10. nu. 15. poſt Frecc. de ſub. lib. 3. diff. 16. inter feuda hæreditaria, & feuda ex pacto.*

6 Et ſicut feudũ hæreditariũ non poteſt haberi niſi ſuccedens ſit hæres, è contra in feudo ex pacto poteſt venire ſucceſſor præter, & contra voluntatem defuncti in eo caſu quando alius eſt inſtitutus hæres ex doctrina comuniter ſequuta *Iacob. de Beluiſ. in c. 1. an agnatus*, quẽ allegat *Georg. in allegat. 20. n. 5. & de Franch. in dec. 1. n. 16.* vt latiùs diximus in concluſ. 5.

7 De cętero feuda hæreditaria adeò ſimillima sũt feudis ex pacto, & prouidẽtia, quòd omnia iura, quæ de feudis ex pacto loquuntur habent etiam locũ in feudis hæreditarijs, & illa qualitas

Digitized by Google

hæreditaria in eo ſolo conſiſtit, vt ſucceſſor teneatur habere ratũ factum defuncti,& illi non cõtrauenire *Camer.in c.1.an agnatus in 1.q.n.42. & 43.*

8 De differentijs, & clauſulis, quibus vtrumq; feudum conſtituatur latè infra *concluſ.70.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus feudi decedente vaſſallo ante Kal. Martij regulariter ſpectant ad dominum.*

2 *Fructus naturales ſunt, qui ex proxima cauſa, à natura percipiuntur.*

3 *Fructus induſtriales ſunt illi, quibus nihil operatur natura, aut multum plus hominis induſtria ipſa natura.*

4 *Fructus induſtriales pendentes ſpectant ad Dominum, qui tenetur reficere expenſas, ſeparati verò ſpectant in totũ ad hæredem in allodio.*

5 *Fructus in totum abſq; diſtinctione ſpectant ad hæredem in allodio quando vaſſallus moritur poſt Kal. Martij.*

6 *Redditus, qui ſoluuntur menſatim, vel tertiatim debentur hæredi in allodio pro rata temporis, quo maturati ſunt ante mortem feudatarij.*

ARGVMENTVM.

Fructus feudi aperti, ad quem ſpectẽt, ad Dominũ, ad Agnatũ, vel ad hæredẽ in allodio.

CONCLVS. IX.

1 FRuctus feudi mortuo vaſſallo ſine legitimo ſucceſſore, & aperto feudo Domino, vel ad agnatum delato, ad quem ſpectent, ad hæredem in allodio, vel ad ſucceſſorem in feudo, vel ad Dominum quando ei aperitur, fit communiter diſtinctio, quòd aut feudatarius moritur ante Kalendas Martij, aut poſt, ita vt ſi moriatur ante primum diem Martj fructus pertineant ad Dominum, *cap.1.§. his conſequenter. Hic finitur lex*, quem tex. procedere etiam ſi feudum deferatur Agnato fuit deciſum in S. C. vt textatur *de Franch.deciſ.9.& 572.* licet contrarium conſuluerit *Fab.de Anna conſ.20.*

2 Prædicta procedunt in fructibus naturalibus, qui immediatè, & ex proxima cauſa à natura percipiuntur, vt dicit *Bart. in l.ex diuerſo ff. de rei vindicat.*

Induſtriales verò fructus in quibus
3 nil operatur natura, aut multum plus hominis induſtria, quàm natura, vt *Bar.* in loco allegato, qui concludit Iudicis arbitrio relinqui vtrum ſint naturales, vel induſtriales, idem dicit *Bal.in l.pro oneribus ff.de iure dot.poſt gloſ.in l.fructus ff. de rei vendicat.* ſi fuerint pen-
4 dentes ſpectant ad Dominum, qui tenetur reficere expẽſas hæredi, pro cultura, & cura *l fructus ff.ſolu.matrim.l. fundus ff. ſam erciſc.* ſeparati verò à ſolo ſpectant in totum ad hæredem vaſſalli in allodio, prout *Iſer.in d.§.bis cõſequenter.*

6 Sed ſi vaſſallus moriatur poſt Kalẽdas Martij in totum fructus ſpectant ad hæredem in allodio nulla facta diſtinctione, quia reputantur vt res burgenſaticæ, vt *Camer. in l. Imperial.fol. 19.lit.V.conſil.de Anna in conſ.20.in principio*

6 Sicuti etiam quando in feudo adeſſent redditus, quiſoluerentur menſatim, val tertiatim, tunc equidem hæres habebit portiones maturatas ante mortem feudatarij, quia ceſſit, & venit dies, *vt Capyc. per tex. in l. cedere diem ff. de verb.ſign.tradit in inueſt.tura in verbo feudorum fructus fol.204.verſic.limita ſecundo.* Quo loco agit de ſupradictis diſtinctionibus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Excadentialia, ſunt res ſteriles, et inutiles feudi, quæ conceduntur per Baronem ſine aſſenſu.*
2 *Excadentialia poſſunt reconcedi ſine aſſenſu ad certam partem fructuum, ſed non in pecunia.*
3 *Excadentialia poſſunt reconcedi ſine aſſenſu, etiam quòd ſint reddita culta, niſi ſtetiſſent per triginta annos, tenta, vt demanialia.*
4 *Demanialia ſunt res parum vtiles, incultæ, & nemoroſæ, & ſine Regis aſſenſu conceduntur.*
5 *Demanialia ſi efficiantur culta, non poſſunt reconcedi ſine aſſenſu, & in hoc differunt ab excadentialibus.*
6 *Damanialia non culta, ſemel alienata, ſemper alienabilia ſunt, vt res burgēſaticæ, conſil. Reg. Rouit. 26. lib. 2. expenditur.*
7 *Marini Freccia lapſus, in diſtinctione demanialium, & excadentialium.*

ARGVMENTVM.

De excadentialibus, & demanialibus feudorum, & eorum differentijs, & num concedi poſsint ſine aſſenſu.

CONCLVS. X.

1 EXcadētialia valdè differunt à demanialibus feudorū; illa enim ſunt res ſteriles, & inutiles feudi, quę cōcedūtur per Barones ſine aſſenſu. *Iſer. in c. 1. §. fin. an ille, qui interfec. fratrem domini ſui,* vbi dicit, quod ità continetur in regiſtro Imperatoris Friderici, idem *Iſer. in c. 1. §. prætereà de capitulis Corradi, et in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ in verbo minuendis in principio.* Quem ſequitur *Capyc. in inueſtitura in verbo alien. feud. fol. 35. col. 1. in quinta limitatione poſt Afflict. in deciſ. 129.*

2 Et poſſunt iſta excadentialia concedi ad certam partem fructuum, prout *Iſer. in locis allegatis,* & non in pecunia etiam quòd ſumma ſit equiualens ad fructus, qui percipiuntur ex re; vt contra *Iſer. tradunt Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 29. & Cumias in cap. ſi aliquem in verſ. in capite n. 24. & 26. & Conſil. de Anna conſ. 51.* & in hanc opinionem inclinauit aliàs S.C. vt *de Franch. dec. 561.* etiam ex doctrina *Io: Vincentij de Anna in repetit. cap. 1. de Vaſſallo decrepitæ etatis nu. 73*

3 Et iſta excadentialia ſemel conceſſa poterunt iterum, & de nouo concedi ſine aſſenſu etiam quòd ſint reddita culta, prout in conſtitut. conſtitutionē diuæ memor. niſi fuiſſent aperta Baroni, & per triginta annos tenta vt demanialia, tunc enim requireretur nouus aſſenſus in reconceſſione, quo in caſu loquitur *Iſer. in conſtit. dignum.*

4 Demanialia verò ſunt etiam res parum vtiles, incultæ, & nemoroſæ, quę ſimiliter cōceduntur ſine Regis aſſenſu, prout *Iſer. in locis allegatis,* ſed eò differūt ab excadētialibus. Nam excadētialia, poſſunt etiam quòd ſint effectæ res cultæ, & vtiles ſine aſſenſu reconcedi vt feuda plana, *ſic Iſer. in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt in verbo Regis.*

5 Quod ſecus eſt in demanialibus nā ſi efficiantur culta non poſſunt reconcedi ſine aſſenſu Regis, & demanialia ad hoc, vt efficiantur excadentialia requiritur præſcriptio centenaria, *Reg. Io: Ant. Lanarius in lecturis feud. fol. 492. nu. 62.*

Et id, quod dixit *Reg. Rouitus conſil. 26.*

6 26. *lib.*2. *num.*15. quod demanialia, feudi ſemel alienata remanent perpetuò alienabilia, vt merè burgenſatica, prout *Capyc. in ſua inueſtitura in verbo feudum dant.fol.*155.*col.*1. *verſ.limita* 6. *& Io: Franciſcus Capiblancus iam M. C. V. Iudex meritiſſimus in tract. de authoritate Baronum prag.*11. *nu.*4. procedit in demanialibus non cultis, quo caſu licet ipſa reputentur, vt res burgenſaticę, cenſus tamen, & redditus earum remanent feudales, *per tex. in cap.* 1.*§.profectò quid iuris ſit ſi poſt alienationem.* tradit *Camerar. in l. Imperialem fol.*39. *lit.H. Regens de Ponte conſil.*11.*nu.*3.*lib.*1.*Reg.Rouitus conſil.* 101.*num.*32.*vol.*2.

7 Nec parũ refert noſſe prædictas diſtinctiones,cũ *Marinus Frecc.vir alioquin oculatiſſimus*, cõfunderit hos terminos, vt aduertit *Fab. de Anna conſ.* 51. *num.*3

SVMMARIVM.

1 *Onera hæreditaria præſtanda ſunt ab hęredibus in feudis, & in allodio pro rata bonorum, quod idem eſt, quod per æs,& libram.*

2 *Contributionem onerum quòd fiat pro rata bonorum,et quòd fiat pro portione hæreditaria idem eſt,et n.*3.

4 *Capyc.equiuocum in dec.*198. *quod aduertit etiam Reg.Rouit. conſil.*91.

5 *Contributio onerum in feudo ex pacto antiquo,non fit per æs,et libram, ſed habito reſpectu, vnde debita ſumpſerunt originem ſi occaſione feudi, vel extra feudum.*

6 *Feudum ex pacto,et prouidentia nouum eſt ſicut hæreditarium.*

7 *Contributio in feudis hæreditarijs fit per æs, et libram eſto quod quis veniret prater, vel cõtra voluntatẽ defuncti.*

8 *Contributio onerum diuerſorum patrimoniorum non fit per æs, et libram, ſed habito reſpectu, vnde debita proceſſerunt.*

9 *In contributione facienda per hæredem in feudis, & hæredem in allodio incipit annus à die mortis teſtatoris.*

ARGVMENTVM.

Quo pacto fiat cõtributio pro ſoluendis oneribus hæreditarijs inter hæredem in feudo, & hæredem in allodio.

CONCLVS. XI.

1 ONera hæreditaria (ſi teſtator nihil expreſſerit) ſoluẽda ſunt ab hærede in feudis,& ab hęrede in allodio pro rata bonorum,hoc eſt per æs, & libram, & hæc opinio in Regno pro lege ſeruatur, vt teſtatur *Conſil. de Anna conſil.*4. *num.*11. *et* 12. & ſecundùm hanc opinionem fuit pluries iudicatũ, & antiquis, & modernis temporibus, prout *Capyc.deciſ.*198.*de Franch.deciſ.* 1.*num.*24.*et deciſ.*159.*de Ponte conſil.* 32.*Anna allegat.*95. *et* 127. *Gizzarell. deciſ.*32. *Conſil. Theodorus allegat.* 14. *poſt Camerar.in c.*1. *an Agnatus queſt.* 22.

Et teſtatur *Antonius ab Aleſſandro in eius additione ad Neapod. in conſuetud. ſi quis, vel ſi quis in principio in apoſtilla incipiente, intellectum*, quod temporibus Regis Ferdinandi Primi, fuit etiam ſic iudicatum, & licet *Cõſil. de Anna in d. conſ.*4. referat alias contrarias opiniones illas reicit, & adheret prędictæ comuni.

2 Et quamuis præcitati DD. qui concludunt contributionem faciendam eſſe pro rata bonorum dicant non eſſe faciendam pro portione hęreditaria, vt alij dixerunt relati à dicto *Conſil. de Anna.*

Animaduertendum eſt, quòd hæc diſtinctio eſt infructuoſa, ſiquidem idẽ eſt

Digitized by Google

3 eſt, quod contributio fiat pro rata bonorum, vel pro portione hæreditaria, nàm ſemper fit per æs, & libram, & ex hac ratione S. C. in cauſa Principiſſæ Scillæ cum Duciſſa Adriæ eius ſorore inſtituris altera in feudis, altera in allodio iudicauit, quòd onera ſoluerentur per dictas ſorores pro rata bonorum & per æs, & per libram, non obſtante, quod Princeps pater ordinauerit, q onera ſoluerentur pro portione hæreditaria, & habuit pro vero S.C. quòd
4 vterq; ſermo idem importet, licet *Capyc. in dicta deciſ.* 198. *num.* 6. præſupponat eſſe differentiam inter vnum, & alterum modum loquendi, dum dicit, quòd onera remanſa in hæreditate Comitis Aliani ſoluerentur per hæredes in allodio pro rata bonorum, & nõ pro portione hæraditaria, motus forſan per gloſam allegatam *à Reg. Rouito in conſ.* 91. *ſub num.* 2. quæ tenuit, quòd ſi teſtator dixerit contributionem eſſe faciendam pro portione hęreditaria, hoc importare, vt pluribus hæredibus inſtitutis inequaliter, deberent per equales portiones contribuere, quam diſtinctionem tãquam iniuſtam, & iniquam, & cõtra ſupradictam comunem opinionem *idem Reg. Rouitus in dicto conſ.* 91. optimis iuribus, & rationibus more ſuo reprobat adhærens comuni opinioni, quòd vterque modus loquẽdi, idem ſit.

Prædicta procedunt in feudo hære-
3 ditario, nam in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo fit contributio habito reſpectu vnde debita proceſſerunt, & ſumpſerunt originem ſi occaſione feudi, vel extra feudum, ita vt ad ea tantùm teneatur ſucceſſor, quæ occaſione feudi proceſſerunt argumento, *tex. in l. ſi certarum* §. 1. *ff. de militari teſtamento Anna allegat.* 126. & 127.

Diximus in feudo ex pacto antiquo,
6 nam feudum ex pacto nouo eſt ſicut hæreditarium, *Iſern. in c.* 1. *de alienat. feud. pater. nu.* 10. vt aliàs diximus.

Et ſic concludimus in omnibus feu-
7 dis hæreditarijs fieri contributionem per æs, & libram, etiam ſi ſucceſſor veniret contra, vel præter voluntatem defuncti, *Reg. de Ponte conſ.* 52. *nu.* 19. *vol.* 1. *& Præſes de Franch. deciſ.* 1.

Sed ſi teſtator haberet duo patri-
8 monia feudalia diſtincta in diuerſis locis tunc hęredes in illis ſoluerent onera vnuſquiſque pro ſuo patrimonio, *ex doctrina Gulielmi de Cuneo in l. hinc queritur* §. *poteſt ff. de peculio*, quem refert, & ſequitur *Conſil. Georg. allegat.* 19. *nu.* 61.

Et in contributione, de qua ſupra
9 facienda inter hæredem in allodio, & hæredem in feudis incipit annus à die mortis teſtatoris, & ſic refert deciſum per S. C. in cauſa prædictarum ſororũ de Ruſſo in *deciſ.* 45. *Regens Tappia Marchio Belmontis vir doctiſſimus, et undequaque noſtra tempeſtate celeberrimus.*

SVMMARIVM.

1 *Feudo legato an debeatur eſtimatio anceps quæſtio.*
2 *DD. tenentes affirmatiuam cum eorum rationibus adducuntur remiſſiue.*
3 *DD. tenentes negatiuam opinionem, ſimiliter recenſentur.*
4 *Feudo relicto Eccleſiæ licet non tranſeat in illam tãquam ad manus mortuas, debetur tamen Eccleſiæ eſtimatio.*
5 *Rationes adducuntur DD. ſectantium negatiuam cum noua ratione auctoris.*
6 *Feudo donato, vel in teſtamento dato, non debetur eſtimatio.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Feudo legato, aut donato ſine aſsẽſu, quo caſu nõ tranſit, an debeatur ſaltim illius æſtimatio.

CONCLVS. XII.

QVæſtio hęc ſi feudo legato ſine aſſenſu, quo caſu non tranſit in legatariũ debeatur ſaltim illius æſtimatio fuit vna de magis cõtrouerſis quæſtionibus inter DD. Regni ſi quidem nõ ſolùm in duas claſſes diuiſi fuerunt, & diſcordes primarij Aduocati, ſed etiam ex eorum aliqui modo vnam modo aliam opinionem ſectantes ſibi ipſis contrarij fuere. 1

2 Pro affirmatiua opinione primo loco affertur *Iſern. in cap. 1. §. è contrario de inueſtitura de re alien. facta.*

Camerar. in l. Imperial. fol. 26. col. 3. lit. P. de probib. per Frid.

Reg. Lanarius conſil. 80. qui multos adducit in cauſa Io: Antonij de Tufo cum Marchione Lauelli vbi acerrimè hanc affirmatiuã opinionem defendit.

Reg. de Ponte conſil. 88. *vol.* 1.

Conſil. Gizzarell. deciſ. 5. in qua fuit diſcuſſus articulus in cauſa Principis Aſculi, & S.C. fuit in paritate votorũ, & ſubdit, quòd in alia cauſa illorum de Galeota, & Ieſualdo iunctis aulis fuit iudicatum pro affirmatiua, & Gizzarellus in dicta deciſ. refert omnes auctores Regnicolas ſuper hac quæſtione.

Moti fuere prædicti DD. ex auctoritate *Iſer. in d. §. è contrario*, vbi dixit, quòd ſi maritus conſtituit vxori quarram in re feudali ſine aſſenſu debetur æſtimatio. Moti ſunt etiam *ex l. fideicõmiſſ. §. ſi ſeruo ff. de legat. 3.* vbi habetur quòd legata militia ſeruo tenetur hæres ad æſtimationẽ cùm ſeruus ſit militiæ incapax, & ex alijs rationibus per *Lanar. in dicto conſil* 80. ponderatis, & per *Gizzarell. in allegata deciſ.*

Negatiuam verò opinionem ſectati ſunt.

3 *Reg. de Ponte* ſibi contrarius *in trac. de Poteſt. Proregis tit. 6. §. 2. num. 9.* vbi alios allegat excuſans ſe, quòd ideò *in conſil.* 88. tenuit affirmatiuam quoniam tunc temporis reputabatur magis comunis, & ſecundùm eam fuerat per Regia Tribunalia iudicatum, & limitat concluſionem quando feudum legaretur Eccleſiæ. 4 Cùm verum ſit, quòd inſtitutio, ſiuè legatum factum in beneficiũ Eccleſiæ de feudo licet non operetur dominij tranſlationem, ne tranſeat ad manus mortuas, & difficilis conuentionis, *ex doctrina Iaſ. in l. 2. C. de iure emphiteotico*, de quo eſt text. in feudis *in cap. 1. vbi communiter ſcribẽtes de alienat. feud.* & tradit idem *Reg. de Ponte tit. 7. §. 8. num. 8. & Reg. de Curte in 1. par. diuerſorij in cap. incipiẽte datur etiam num. 12. fol. 17.* Operatur tamen æſtimationem, & pretium, & Eccleſia tenetur vendere feudum intra annum, ità *Io: Ray. in repetit. l. Imperial. §. habito igitur num. 36.* quem refert *Curt de feud. par. 4. num. 126. verſ. quinto videtur limitanda*, ſicuti ſeruatur etiam in emphyteuſi relicta Eccleſiæ, quam tenetur vendere intra annũ, *Iaſ. in l. final C. de iure emphyteot. num. 91. Reg. de Ponte in loco allegato.*

Conſil. Fab. de Anna pro eodẽ Principe Aſculi *in conſil.* 87. defendit acerrimè opinionem negatiuam ſectando opinionem *Io: Vincentij eius genitoris in allegat. 125. 126. 127. & 140.* Licet *Io: Dominicus de Anna Epiſcopus Bouinenſis in reſponſo ſingulari poſito in fine 2. partis allegationum eiuſdem Ioan: Vincentij eius fratris* teneat opinionem affirmatiuam.

Octauius Bammac. Doctor Feudiſta hãc opinionem negatiuam ſectatus eſt in eadem cauſa Principis Aſculi *in ſpe-*

ſpeciali reſponſo in cap. omnes filij ſi de feudo defuncti militis.

Reg. Camill. de Curte hãc etiam opinionem teſtatus eſt, *in prima parte diuerſ. feudal. cap. incipiente multoties cõcedens fol. 44. & propriè fol. 51. ater. n. 83. vſque ad 109.* referens decisionem S. C. in cauſa illorum de Satriano, & Venato pro hac negatiua opinione *num.* 103. vbi teſtatur celeberrimum illum *Fabium Marchesium* Aduocatorum Principem huic negatiuæ opinioni adheruiſſe.

Et moti ſunt hi DD. opinionis ne-
5 gatiuę ea potiſſimum ratione nam feudum non dicitur eſſe in comercio noſtro ſine aſſenſu, & propterea equiparant feudum Baſilicæ, & campo martio, de quibus inanis eſt quælibet diſpoſitio, cum alijs rationibus adductis.

Quibus ego addo, quod vigore *cap. 1. de ſucceſſ. feudi*, ibi nulla diſpoſitione teſtatoris manente, vel valente ceſſare debet ęſtimatio cum diſpoſitio teſtatoris nulla declarata, nullum debet producere effectum.

Hęc quęſtio ob varietatem opinionum, [& rerum iudicatarum hodie redditur tàm dubia, vt non poſſit ab ea elici certa concluſio, vnde quando caſus occurrerit opus eſt, vt iterum decidatur ad indagandam veritatem.

Et eodem pacto donato feudo non debetur æſtimatio ex rationibus, &
6 auctoritatibus ſupra adductis pro negatiua opinione, quibus addi poteſt, quòd contrahens ſine aſſenſu equipetatur minori, *Lanar. conſ. 3. nu. 9.*

Hæc quæ diximus pro opinione negatiua procedunt à maioritate rationis quando quis eſt inſtitutus in feudo abſque aſſenſu, vt *Bambac. in c. omnes filij 4. reſponſo ſi de feudo defuncti militis*, quem refert, & ſequitur *Reg. de Ponte de poteſt. Proregis titul. 6. §. 2. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Pro paragio competit nedũ actio perſonalis rei perſecutoria contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium, ſed etiã hypotecaria, et eadẽ pro intereſſe paragij*
2 *Pro vita militia competit hypotecaria recta via, contra tertium poſſeſſorem per cap. alienationis actus.*
3 *Dec. ſ. Præſ. de Franch. 119. num. 22. declaratur.*
4 *Pro cõſequutione paragij debet quis prius agere actione perſonali contra fratrem hæredem, & poſtea contra tertios poſſeſſores hypotecaria.*
5 *Sententia lata contra debitorem exequtioni demandatur in ſubſidium contra debitorem debitoris.*

ARGVMENTVM.

Quæ actiones cõpetant pro paragio, & pro vita militia.

CONCLVS. XIII.

1 PRo paragio datur nedum actio perſonalis rei perſecutoria; ſed etiam hypotecaria contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium tamen, prout *Petrus de Gregorio in tract. de dote de paragio queſt. 18. nu. 7.* & ſic deciſum refert tribus vicibus per S. C. *Conſ. Theodorus in alleg. 7. n. 12.* ſuper bonis ad tertios poſſeſſores peruentis poſt mortem patris actoris. Qui tertij poſſeſſores ab ipſo patre cauſam non habebant.

Qui *Theodorus in eadem allegat. 7. num. 13.* dicit eandem hypotecariam competere pro intereſſe paragij cum potioritate, & allegat. *de Franch. deciſ. 374.*

Sed pro vita militia datur contra
2 ter-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

2 tertium poſſeſſorem actio hypotecaria recta via *ex cap. alienationis actus* ita probat *Reg.Tappia in deciſ.S.C.14.nu. 29. & in deciſ.48. in principio, & de Franchis deciſ.714.*

Et cum hac diſtinctione intelligenda eſt *deciſio 119.num.22. de Franch.*
3 vbi dicit pro conſequutione paragij competere etiam Hypotecariã, & eodem modo poteſt intelligi id,quod dixit *Reg. Rouitus ſuper pragmat. 24. de feud.nu.14.* vbi negat ſimpliciter hypotecariam pro paragio competere ; vt procedat eius dictum recta via, & non in ſubſidium.

4 Imò pro maiori conciliatione prædictorum poſſumus dicere *ex Afflict.in deciſ.162. & ex Reg. Tappia d.dec.48. num.14.Camill.de Medic.conſil.59. in fine.* quod cum p paragio agatur priùs actione perſonali contra fratrem hæredem, & in exequutione facienda non extantibus bonis in poſſe fratris datur actio ſubſidiaria contra tertios poſſeſſores,ſiue rei perſecutoria, ſiue hypo-
5 tecaria, ideò ſententia lata contra debitorem exequutioni demandatur in ſubſidium contra debitorem debitoris ab eo cauſam habentem, *l.ſi in cauſa C.quando Fiſcus, vel priuatus.*

SVMMARIVM.

1 *Vita militia quid ſit.*
2 *Feuda erant diuiſibilia de iure feudorũ, exceptis feudis dignitatum.*
3 *Feudorum indiuiſibilitatem inducta fuit in hoc Regno per ius Francorum.*
4 *Appanagium de iure Francorum,& abbanagium de iure Germanico,idem ſignificant quod vita militia, de iure Regni.*
5 *Vita militia in Regno ſubrogata loco legitimæ, ad inſtar illius debetur deductis oneribus.*
6 *In taxatione vitæ militiæ, non deducitur adhoa,quæ eſt onus intrinſecum, & annexum feudo.*
7 *In feudis nouis emptionis titulo quæſitis,ſecundogenitis loco militiæ, & paragij debetur pars pretij, quo feudum fuit emptum.*
8 *Pars pretij debetur ad inſtar collationis. non petitione hæreditatis.*
9 *Pars pretij vtrum debeatur in feudis nouis,alio titulo, quàm emptione quæſitis.*
10 *Partem pretij velle, vel paragium, & vitam militiam in feudo nouo, eſt in electione primogeniti.*
11 *Pro paragio agitur actione perſonali, vel officio Iudicis contra primogenitum,& hypotecaria,vel in rem ſcriptam contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium.*
12 *Feudo aperto domino poterunt ſecundogeniti agere pro vita militia, & pro paragio,non verò pro parte pretij.*
13 *Vita militia eſt ſimilis legitimæ,et alimentis, & de vtrorum natura participat.*
14 *Vita militia eſt tertia pars fructuum feudi.*
15 *Vita militia taxatur habito reſpectu ad tempus mortis teſtatoris.*
16 *Vita militia debetur etiam ex acceſſionibus factis hæreditati poſt mortem patris.*
17 *Vita militia competit etiam primogenito, quando ſucceſſio defertur ſecundogenito.*
18 *Vitam militiam retinẽt etiam ingreſſi in Religionem capacem.*
19 *Vita militia debetur etiam in feudo refutato primogenito,etiam contemplatione matrimonij.*
20 *Vita militia debetur ſecundogenitis, eſto quòd pater illis reliquiſſet aliquod feudum.*
21 *Primogenitus non tenetur ad partem pretij, ſed ad vitam militiam,& paragium, quando in aſſenſu ſuper emptione adeſſet clauſula ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vita militia quę, & quãta ſit, & quibus debeatur.

CONCLVS. XIV.

1
Ita militia eſt portio feudi ſpectãs ſecũdogenitis, *Paris de Puteo in tractatu de redintegrat. feudi fol. 176. nu. 10. et 16. Afflict. deciſ. 43. & 138.* Nam cùm
2 feuda de iure comuni feudorum eſſent diuiſibilia inter filios, exceptis feudis dignitatum *cap. omnes filij ſi de feudo defuncti militis* ſupernenit in Regno
3 ins Francorum, de quo *in conſtitut. vt de ſucceſſionibus*, quod ſubſtulit diſpoſitionem *dicti cap. omnes filij*, & feuda ad primogenitum deferri voluit, & in locum portionis ſecundogenitis debi-
4 tæ ſubrogauit appanagium, ſeu vitam militiam, ſic dicta quaſi vita militi condecens, prout *Iſer. in conſtitut. comitibus*, per eandem conſtitutionem, & eſt ius reale annexum feudo, vti *Conſil. de Anna conſil. 4. nu. 49.* & apud Germanos appellatur abbanagium, & pars excluſoria *Gizzarell. dec. 37.* ſicuti ſubrogatum eſt fęminis paragium, de quo ſupra *concluſ. 3.*

5 Vita militia ſubrogata eſt igitur loco legitimæ portionis fratribus competentis, & ideò ad inſtar legitimæ debetur deducto ære alieno *l. Papinianus §. quarta ff. de inoffic. teſtament.* & ſic deductis oneribus feudi, vt infra *concl.*
6 *16.* ſed non deducta adoha, quæ eſt onus intrinſecum, & annexum feudo, & eſt onus primogeniti, *idem Anna in loco allegato nu. 55. & nos diximus infra concluſ. 98.*

7 Id quod diximus ſecũdogenitis ſpeciare vitam militiam, ſicut fęminis paragium limitatur in feudis nouis, in quibus maſculis ſecundogenitis volẽtibus competit ad eorum electionem pars pretij loco vitæ militiæ, ſicut fęminis loco paragij, quo caſu attenditur pretium, quo fuit emptum feudum, non illud, quo valet tempore ſucceſſionis, *Iſer. in l. Imperialem §. Prætereà Ducatus in ſecunda additione de probib. per Frid. Camer. in dialogo 1. impreſſo poſt repetit. d. l. Imperialem fol. 107. lit. L. Capyc. deciſ. 2. num. 7. Minado. in conſtit. in aliquibus in rubrica num. 30. & Ioannes Vincentius de Anna ſingular. 200.*

8 Et debetur hæc pars pretij ad inſtar collationis non petitione hæreditatis ex interpetratione Sapientum Regni, de qua teſtatur *Marcellus de Mauro iã celeber Fiſci Patronus Regiæ Cameræ in allegat. 57. in principio*; licet *Reg. Rouit.* diſputãdo hunc articulum *in pragmat. 24. de feudis num. 17. cum ſequentibus, et præcipuè 32. et 34.* tenuit hanc partẽ pretij deberi non iure collationis, ſed petitione hęreditatis, qui *Reg. Rouit. in deciſ. 30.* refert per S. C. fuiſſe nouiter habitã pro vera opinionẽ *Iſern. in d. §. præterea Ducatus nu. 30 in vltima additione*, ſcilicet quòd pars pretij debeatur iure collationis, non verò petitionẽ hæreditatis.

9 Et cum appellatione feudi noui veniant etiam feuda alio titulo, quàm emptione quæſita, ſicuti *gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſionibus in verbo, vel quolibet titulo in verſic. quod dicitur*; eſt controuerſum apud DD. Regni ſi hęc pars pretij debeatur in alijs feudis nouis alijs titulis queſitis; ſiquidem *Lucas de Penna in l. 1. col. 3. C. de imponenda lucrat. deſcrip. lib. 10.* quem ſequutus fuit *Regens Rouitus in pragmatica 24. de feudis ſub numer. 38.* in illam iuerunt ſententiam, vt in feudo pecunia queſito tantùm debeatur pars pretij, ex illa ratione nam pretium abſceſſit à facultatibus patris, ſicuti etiam in feudo donato à Principe patri propter eius

Digitized by Google

eius ſeruitia,quo caſu conſideratur vti merces laborum,in qua omnes filij debent participare,tenet *Frãciſc.de Amicis in tit. de his quifeud dare poſſunt in cap. opinio iſta fol.99.*

Sed *Præſes de Amato doctiſſimus I. C. in conſil. 6. num. 4.* ſectatur contrariam opinionem ea ratione motus nam cùm ſcudum nouum quomodocumq; quæſitum dicatur profectitium in legitimam imputatur *ex doctrin. Ripę in l. in quartam num. 177. cum ſequent. ff. ad l.falcidiam.* Si imputatur ergo confertur *l.illud C. de collationib.* & cùm feudum diuidi nequeat ad æſtimationem peruenirí debet.

10 Retenta igitur opinione , quòd ſecundogeniti poſſint petere vitam militiam , & paragium reſpectiuè in feudis nouis , cùm hoc ſit in eorum electione vti *Loffred. in §. pratereà Ducatus in ſecunda additione , & Reg.Rouit. in pragmat.24.de feudis,* poterunt age-
11 re actione perſonali,vel officio Iudicis contra primogenitum , & actione hypotecaria , vel in rem ſcripta contra tertium poſſeſſorem , cum hac diſtinctione , quod pro paragio poteſt agi in ſubſidium contra tertium poſſeſſorem, ſed pro vita militia recta via ex cap. alienationis actus, *de Franch. dec.*714. *& nos diximus ſupra concluſ.*13.

12 Sed ſi ageretur contra dominum quando feudum ei aperitur vel per lineam finitam,vel per delictũ tunc quidem ſecundogeniti poterunt agere tãtùm pro vita militia , & paragio reſpectiuè nõ autem ad partem pretij ſicuti quando feudum eſſet alienatum , nam pro hac rata pretij competit actio perſonalis , quæ non competit contra tertium poſſeſſorem , & ſingularem ſucceſſorem, *l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebellianum Franciſcus de Amicis in lectur. feud.fol.*184.*col.*2.*verſic. ad vnam tamen* . Sicuti etiam quando in aſſenſu adeſſet clauſula ſeſſus , & ætatis prærogatiua ſeruata primogenitus tenetur ad vitam militiam, & paragium , non verò ad partem pretij , vti *Camerar. in eius dialog.*1 *fol.*106.*poſt repetit. l.Imperialem.*

13 Hæc vita militia eſt ſimilis legitimę,& alimentis , & de vtrorum natura participat nã quatenus taxatur ad inſtar legitimæ,vt mox dicemus eſt ſimilis legitimè,quatenus verò cùm vitalitio finitur eſt ſimilis alimentis, & deberur ex fructibus , & de fructibus feudi non effectiuè cùm fructus non ſint in obligatione, ſed feudum ipſum, & in hoc conſtituitur præcipua differentia inter vitam militiam,& alimenta,ſiquidem alimenta taxantur ſecundùm valorem fructuum , non ſecundùm valorem rei, *Bart. poſt Aretinum in l. Imperator ff. ad Trebellianum vti Anna ſingul.* 23. ſed vita militia licet reſpectu taxationis reguletur à fructibus debetur tamẽ ex corpore , & in corpore feudi *§. hoc quoque nos in Authent. de triente,& ſemiſſe Conſil.Georg.allegat.*40.*num.*13. vnde ſi nulli perciperentur fructus,vel eſſent alienati adhuc deberetur *vti de Franch.dec.*21.*nu.*11. *& Conſil. Georg. in dicta allegat.*40.

14 Taxatur vita militia vt ſit tertia pars fructuum feudi , qui ſpectarent ſecundogenito ſi feudum eſſet diuiduum deductis oneribus feudi,de quibus diximus infra *concluſ.* 16. ſed non deducta adoha , vt infra *concluſ.*98. ex doctrina *Iſer.in conſtitut.Comitibus col.*3. *verſic.alij dicunt.*

15 In taxatione vitæ militiæ attenditur tempus mortis teſtatoris , ita vt rata illius anni competens , competat etiam in ſequentibus annis etiam fructibus auctis , uel diminutis poſt mortem, ut refert deciſum *de Franch. deciſ.*61.*nu.* 10. ſicuti etiam ſi eſſet petita taxatio longè poſt mortem patris , nam inſpiceretur tempus mortis, *Reg.de Ponte conſil.*79.*nu.*14.*vol.*1.

16 Ex acceſſionibus verò factis hæreditati poſt mortem teſtatoris,uel ſi aliquod feudum ſuperueniſſet ex quauis cauſa originem habẽte à teſtatore debetur etiam uita militia , uti aliàs fuit deciſum in S.C. *in d.deciſ.* 61.*nu.* 16.

con-

contra Afflict. deciſ. 382.

17 Adeſt etiam caſus, in quo uita militia debeatur primogenito quando ſcilicet per clericatum, vel ingreſſum Religionis auferendo ſe de medio tranſtuliſſet ſucceſſionem in ſecundogenitum, vt *idem de Franch. in deciſ.* 21.

18 Filij autem Religionem capacem ingreſſi non amictunt vitam militiam, quod colligitur ex generalitate *conſtit. comitibus vbi glo. & Iſer.* & tradit *Petrus de Gregorio in tractatu de vita militia queſt. 4. num. 7. & Reg. de Ponte de aſſenſibus Regijs §. 4. num. 28. & in conſil. 159. nu. 18. vol. 1.*

19 Hæc vita militia debetur in morte patris, etiam in feudo refutato filio, etiam contemplatione matrimonij vti decisũ refert per S. C. *Anna alleg. 23.*

20 Debetur hæc vita militia etiam ſi pater reliquiſſet aliquod feudum, nam ſuper alijs feudis competit *Afflict. deciſ. 138.* quem citat, & ſequitur *Reg. Rouit. in pragmat. 24. de feudis nu. 16.* & licet annis elapſis fuerit iudicatum per S C. contrariũ inter tunc Eminentiſſimum Card. Aſcanium Columnã, & Excellentiſs. D. Marcum Antonium Conteſtabilem eius nepotem proceſſit hoc ob diſpoſitionem teſtatoris. *Fab. de*

21 *Anna conſ. 120. 2. vol.* Et poſtremò debetur vita militia, & paragium Nepotibus, & Neptibus quando mortuo patre nanciſcuntur iura ſuiratis, & obtinent primum gradum, vt optimis rationibus comprobat *Conſil. Georg. in allegat. 9. referens deciſionem S. C. pro nepte.*

SVMMARIVM.

1 *Vitam militiam deberi etiam in linea collaterali fuit deciſum tempore Antonij Capycij, vt in eius deciſ. 211. quę eſt finalis.*

2 *Legitima vtrum ſit aucta in linea collaterali ſicuti in linea deſcendenti, & aſcendenti, eſt valdè controuerſum.*

3 *Verior opinio eſt, vt legitima non dicatur aucta in linea collaterali.*

4 *Vitam militiam non deberi in linea collaterali, fuit noſtris temporibus deciſum contrà deciſ. 211. Capyc.*

5 *Io: Andreæ Georgij opinio in allegat. 9. contra nouiſſimas deciſiones S. C. declaratur.*

6 *Pars pretij in feudo nouo non competit in linea collaterali.*

ARGVMENTVM.

Vita militia an debeatur fratribus per ſecundogenitum ſuccedẽtem in feudis primogeniti, & ſic an debeatur in linea tranſuerſali.

CONCLVS. XV.

VIta militia an debeatur in linea trãſuerſali fuit adeo cõtrouerſa quæſtio in Regno vt tempore *Antonij Capycij olim Regij Conſiliarij doctiſſimi*, cùm hic articulus in eũdem, & in alios Conſiliarios fuiſſet per partes compromiſſus arbitrati ſunt indigere Imperiali determinatione, & ſic remiſſo negotio ad Cæſaream Maieſtatem Caroli V. Inuictiſſimi fuit per Cæſarem remiſſus punctus ad S. Conſ. Neapolitanum, in quo habita maxima

1 conſideratione fuit reſolutum pro affirmatiua, *vt idem Capyc. teſtatur in ſua deciſ. 211.* quę eſt finalis, eum ſequutus fuit *Loffredus doctiſſimus Iureconſultus in paraphraſi feudali §. quid ergò, de inueſtitura de re aliena facta, et Minadous in conſ. 1. & in conſtitut. in aliquibus in rubrica vltima n. 12.* qui doctiſſimè diſputat articulum.

Et cùm fuiſſet diſceptatũ ſi hæc vita

Digitized by Google

militia tanquam ſubrogata loco legitimæ deberet eſſe quarta de iure anti-
2 quo,da qua *in l.Papinianus §. quod autem quarta ff. de inofficioſo teſtamento*, vel triens, & ſemis de iure nouiſſimo authenticorum, *vt in authentica nouiſſima C.de inofficioſo teſtamento deſumpta ex authentico de triente, & ſemiſſe iuxta diſtycon.*

Quatuor aut infra dant natis iura trientem.

At quatuor ſupra dant natis iura ſemiſſem.

quæ eſt aucta in linea deſcendenti, ſicut etiam in aſcendenti, vt omnes teſtantur in d. authentica nouiſſima, vt *Reg.de Ponte conſil.68.vol.1.Camill.de Medic.conſil.41.nu.11.*

Hic articulus fuit ſimiliter habitus pro valdè difficili vndè de ordine S.
3 C. fuit ordinatum, quòd partes compromitterent cauſam ſicuti antiquitus ſolebat S. C. ordinare in cauſis valdè dubijs, *ex Reg. Rouito deciſ.95. nu.19.* & non apparet quid determinatum fuerit;benè verum eſt,quòd DD.inclinauerunt in illam opinionem, ut vita militia non dicatur aucta, *vt Capyc.in loco allegato*, ſuper quo videri poteſt, *Afflict.deciſ.225.nu.2.& in deciſ.204. nu.3.*vbi dicit legitimam fratris in caſu *l.fratres C. de inoffic. teſtamento*, eſſe quartam partem eius, quod habiturus eſſet ab inteſtato *Vrſil. tamen ibidem num.4.*dicit eſſe tertiam.

Quidquid ſit hodie verior,& communis opinio eſt negatiua, ita vt linea tranſuerſalis nõ comprehendatur *in cõſtitutione Comitibus*, quæ dat vitam militiam ſecundogenitis, & ſic refert deciſum in cauſa Marchionis Campaneæ, *Fab.de Anna in conſ.6. & Camill. de Medic.conſil.8.& Theodorus in allegat.20. & Gizzarellus deciſ.37.*

Licet *Conſ.Georgius in alleg.9.n.20.*
5 ſectatus ſit cõtrariam opinionem affirmatiuam vbi reſpondet deciſioni S.C. in dicta cauſa Marchionis Campaneæ dicens, quòd ideò in dicta cauſa frater tertiogenitus fuit excluſus à vita militia quoniam per prius in morte patris illam habuerat, *et Montanus in repetit. l. Imperialem in §.præterea ducatus nu.108. fol.203. à tergo*, ſectatur opinionẽ dicti *Georgij*. Verior eſt tamen negatiua,& comunior ob res iudicatas.

Et tantò minus competit in linea
6 collaterali pars pretij, vt aduertit etiã *Reg.Rouit. in pragmat.24. de feud nu.48.* licet aliter tenuiſſet non deguſtata funditùs quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Onera feudi quæ ſint.*
2 *Paragium, & vita militia ſunt onera feudi.*
3 *Vita militia eſt onus reale reſpectu fructuum feudi, & eſt onus fructuum, Non verò feudi. Paragium verò, eſt onus reale feudi ſecundùm aliquorũ opiniones.*
4 *Onera feudi tranſeunt & contra agnatum, & contra dominum, & quemcunq; tertium poſſeſſorem.*
5 *Onera feudatarij quæ ſint.*
6 *Onera feudatarij tripliciter diſtinguntur; & quæ tranſeunt in dominum, & in agnatos?*
7 *Releuium non eſt onus feudi, ſed feudatarij occaſione feudi, & ideo non poteſt agi pro releuio contra tertium poſſeſſorem.*
8 *Pro releuio quidquid ſit de iure, de conſuetudine poteſt agi contra tertium poſſeſſorẽ, & ita quotidie practicatur.*

ARGVMENTVM.

Quæ ſint onera Feudi, & onera Feudatarij.

CONCLVS. XVI.

1 Nera Feudi illa ſunt quæ tangunt ipſum feudum, & quæ lex imponit feudo, & debentur ex immediata cauſa, & onere reali feudo annexo, vel

vel

Digitized by Google

vel deſcendenti ex ipſo feudo, *Iſern. in cap. 1. §. quid ergò de inueſtit. de re alien. facta, & in cap. 1. an Agnatus Fab. de Anna conſ. 4. nu. 50. & 51.*

Huiuſmodi ſunt paragium, & vita militia, quæ dicuntur portiones feudi 2 ſpectantes ſecundogenitis *Iſer. in d.c. 1. §. quid ergò col. 1. & in cap. ſi quis poſt litem de inueſt. de re alien. facta. Petrus de Gregorio de conceſſ feud. q. 3. Fab. de Anna dicto conſil. 4. et conſil. 75. 1. vol.*

Verum eſt tamen, quòd ſubtilius in- 3 tuendo, dum in liquidatione vitæ militiæ attenditur redditus feudi, & in taxatione paragij attenditur valor feudi, prout *Intrigliol. de feud. queſt. 57. num. 16.* ſequitur, quòd vita militia eſt onus non corporis, ſed fructuum feudi, & onus reale reſpectu fructuum, & ſic portio fructuum debitorum occaſione feudi, & non portio feudi ex authoritatibus infra allegandis.

Paragium verò eſt onus reale feudi, *Iſern. in conſtitut. Comitibus*, quem refert, & ſequitur *Franciſcus de Amicis in titul. de his, qui feudum dare poſſunt in cap. hæc quidem fol. 26. ad idem Regens Tappia deciſ. Sacri Conſilij 14. num. 26.*

4 Quæ quidem onera feudi tranſeunt, & contra agnatum, ad quem feudum deuoluitur, & contra dominum, cui aperitur, & contra quemlibet tertium poſſeſſorem, *Iſern. in conſtitut. in aliquibus per tex. in l. 1. et 2. C. ſine cenſu, vel reliquis*, quem refert, & ſequitur *Camerar. in l. Imperialem fol. 13. lit. A.*

5 Onera verò feudatarij, de quibus *Camerar. in dicto fol. 13. lit. K.* qui optimè more ſuo diſtinguit onera feudi ab oneribus feudatarij ſiuè ſimpliciter, ſiuè occaſione feudi factis. ſunt in triplici differentia.

Quædam enim ſunt onera feudata- 6 rij, quæ cum feudo nullam habent comunionem; vt puta ſi cepit pecuniam mutuo, vel aliter, quædam verò cum feudo habent comunionem, vtputa pecunia capta pro ſeruitio Domini: quædam vero ſunt facta pro feudo in ſpecialem vtilitatem Domini, vtputa ſi vaſſallus fideiuſſit pro Domino, vt in *conſtit. ſi vaſſallus*, & pro iſto tertio caſu hæc onera tranſeunt in agnatos, & Dominum, vt *Camerar. concludit loco allegato litera T.* Pro alijs verò nec contra Dominum, nec contra agnatum, nec contra tertium agi poteſt, ex quo ex eis oritur actio perſonalis tantùm. *Hæc Camerar.* ſed ſi ſuper contractibus adeſſet Regius aſſenſus, vtique tranſeunt, vt diximus infra *concl. 33.*

Tamen nouiſſimè per cap. Ciuitati Neapol. conceſſum in generali parlamento fuit ſtatutum actionem hypotecariam tranſire cum perſonali contra quemcumque ſucceſſorem, dummodo bona hypotecata non reperiantur penès Fiſcum, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 4. nu. 5.*

Et licet pro releuio, quod non eſt 7 onus feudi, ſed feudatarij occaſione feudi non poſſit agi contra tertium poſſeſſorem, vt *de Franch. deciſ. 121. num. 14. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 3. num. 4.*

Nihilominus contrarium ſeruatur 8 de conſuetudine quidquid ſit de iure nam fiſcus agit, recta via pro releuio contra quemcumque poſſeſſorem, licet ut diximus non ſit onus reale feudi, nec feudo inſit, ſed eſt quædam extrinſeca præſtatio more inducta ab hærede ſoluenda occaſione nouæ inueſtituræ, ut teſtatur *Freccia de ſubfeud. lib. 2. authorit. 3. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Feudatarij tenebantur antiquitus ſeruire Domino cum tribus equis, tribus meníibus, propríjs expenſis pro quolibet feudo reddente vncias 20.*

2 *Feudatarij hodie præſtant ſeruitium in pecunia ex permiſſione, et beneplacito Regis.*

3 *Adoha dicitur ab vnione, ſiue adunamento plurium feudatariorum ad cõſtituendum vnum militem.*

4 *Adoha quanta ſit in vnoquoque feudo, ſiue vaſſallos habeat, ſiue non, ſiue ſit planum, et de tabula.*

5 *In taxatione adoha valor feudi ex fructibus eſtimatur.*

6 *Adoha ſoluitur ſemper vniformis iuxtà taxam antiquam.*

7 *Seruitium ſemel taxatum non minuitur, nec augetur.*

8 *Adoha eſt onus feudi, et ideo pro ea competit Regiæ Curiæ actio realis contra tertios poſſeſſores.*

ARGVMENTVM.

Adoha quid, & quanta ſit.

CONCLVS. XVII.

1 DVm Vaſſalli tenebantur ſeruire Regi tribus menſibus cuiuſlibet anni proprijs expenſis, dum eſſet bellum in Regno cum tribus equis, pro quolibet feudo cum vaſſallis, reddente vncias viginti à die monſtræ, prout *Iſern. in conſtitut. Hoſtici vol. 3. & in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior num. 42. in fine qua ſit prima cauſa benef. amiſſ.* & colligitur *ex capit. Regni item ſtatuimus, quod Comites, et Barones,* & ſequitur *Capyc. dec. 10. num. 12.*

Factum eſt poſteà, vt aliquando ob iuſta impedimenta vaſſalli perſonaliter ſeruire impotentes præſtarent ſeruitiũ in pecunia, quod poſteà eò proceſſit, vt hodie paſſim in pecunia fiat ſolutio, & in totum ceſſauit ſeruitium perſonale, vt *Iſern. in cap. 1. de capitan. qui cur. vendidit.* Permittente tamen domino aliàs ſi, dominus ſeruitium perſonale elegerit illud præſtare tenẽtur Barones ex regula *tex. in l. 2. §. 1. ff. ſi certum petatur, ſic Iſern. in dicto cap. 1. in fine colum. 2. verſic. cogit frequenter Curia Regis numer. 4. Capyc. in dicta deciſ. 10. num. 15. & deciſ. 32. in principio. Afflict. in conſtit. errores in 5. notab. & in deciſ. 265. num. 51. et in deciſ. 320. verſic. nec obſtat*, niſi feudatarius eſſet ſenex, infirmus, aut aliter impeditus, vti ex *auth. Iſer. Capyc. in locis allegatis firmat addit. ad Neap. in prohemio conſuetud. fol. 30.* Et hoc procedit in Regno, nam de iure comuni feudorum poteſt vaſſallus ad eius electionem præſtare ſeruitium in pecunia, vel de perſona *per tex. in cap. 1. §. firmiter de probibita per Fridericum. Niger. Camp. in cap. Regni 108. num. 10. Menoch. de arbit. iud. caſu 251. in additionibus nouiſ. nu. 5. 6. cum ſeq.*

Quando ergò Rex eligebat ſeruitium perſonale quoniam multa feuda
3 non aſcendebant ad ſummam redditus vnciarum viginti fiebat adunamẽtum plurium Baronum pro conſtituendo vno milite, & ob id fuit denominata adoha, vt *Fab. de Anna conſil. 3. num. 7. et* 8

Eligente vero domino ſeruitium in
4 pecunia pro quolibet feudo redditus vnciarum viginti perſoluebatur adoha in vncijs decem cum dimidia, in feudo habente vaſſallos: in feudo verò ſine vaſſallis exigebantur pro adoha pro quibuſdam viginti vntijs ſex vntiæ. In feudis verò conſiſtentibus in annuis redditibus ſuper dohanis, gabellis, & id genus, pro quibuslibet viginti vntijs exigebantur vntiæ quinque, & quarta, pro feudis verò planis, & de tabula tenebatur vaſſallus ſeruire Baroni per quadraginta dies cum equo, expenſis tamen domini. *Iſer. in c. 1. in fine quis dicatur Dux, et in l. Imperialem §. firmiter nu. 30. verſic. idem videmus de probibit. per Frid. Anna in d. conſ. 3. nu. 8. Reg. Camill. de Curte in prima parte eius diuerſorij in cap. cum igitur n. 48.*

Et

Et ſic ex fructibus feudi ſoluitur adoha, non quod pro fructibus ſoluatur: ſed quod in ipſius taxatione valor feudi ex fructibus æſtimetur *Iſer. in cap. 1. §. ſimiliter in oſtenditijs de cap. Corrad.* quem citat, & ſequitur *Io: Camillus Bilocta patruus meus in allegat. 2. num. 4. impreſſa poſt tract. de abſol. iuramenti.*

6 Taxa prædicta antiquitus facta modo vt ſupra ſeruatur vſque ad hodierna tempora licet feuda tractu temporis augmentum receperint; & iſta ſolutio eſt in vnoquoq; feudo certa, & ſtabilita *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. de reg. impoſit. tit. 4. num. 6.* vbi ponit diſtinctionem taxæ veteris, & nouę, quando feuda de nouo conceduntur.

7 Et abſolutum eſt in Regno, quod ſemel taxato ſeruitio non minuitur diminutis fructibus feudi, ſicut non augetur auctis fructibus, *Iſer. in d. §. firmiter col. 1. & Reg. de Curte in loco allegato n. 59.*

Et quamuis in ſingulis annis per Perceptores Prouinciarum ex ordine Regiæ Cameræ fiat exactio diuerſimodè modò plus modò minus cauſatur hoc ex donatiuis, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs, ſed adoha ſemper eſt vniformis.

Pro conſequutione adohæ compe-
8 tit Regiæ Curiæ. Actio realis etiam contra tertios poſſeſſores, ex quo eſt onus reale inſitum feudo *Afflict. deciſ. 95. Reg. de Ponte in allegat. tit. 4. nu. 10.* vbi limitat hoc in conceſſionarijs Regiæ Curiæ *ex Iſer. in d. cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior num. 38.* quod nouiſſimè comprobat ex authoritate doctiſſimorum virorum *Don Franciſcus Merlinus Pignatellus doctiſſimus Iudex M. C. & generalis Commiſſarius Campaneæ in centuria controuerſiarum forenſium cap. 36. nu. 19.*

SVMMÀRIVM.

1 *Releuium more inductum eſt, & de eo nil habetur in iure feudorum, & dicitur à releuando, eum cui præſtatur.*

2 *Releuium non ineſt feudo, ſed eſt quedã extrinſeca præſtatio perſonalis debita à ſucceſſore, non verò à tertio poſſeſſore.*

3 *Releuium quidquid ſit de iure, de conſuetudine exigitur à tertio poſſeſſore.*

4 *Releuium eſt medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur; & præſtatur in pecunia, nõ in fructibus, licet in taxatione habeatur ratio fructuum.*

5 *Releuium erit medietas fructuum, deductis expenſis, & ſi nulli, aut pauci percipiuntur fructus, fit coaceruatio trium annorum.*

6 *Prouentus computantur inter fructus, in taxatione releuij.*

7 *Releuium ſolui debebat intra annum, & diem aliàs amittebatur feudum, ſed contra nu. 8. nam loco amiſſionis feudi, duplicatur quantitas.*

Annus incipit ab aditione quando feudum, non eſt penes hæredem de reliquo vero à die mortis.

9 *Ignorãtia mortis, vel qualitatis rei feudalis excuſat à duplicato releuio.*

10 *Excuſatur à duplicato releuio ille, qui non denunciauit, et mortuus eſt intra annum.*

11 *Minor non tenebatur iurare niſi tempore minoris ætatis, & tunc ſoluebatur releuium; ſed hodie fiſcus ſtatim exigit releuium, licet iuramentum præſtetur completa minori ætate.*

12 *Eccleſiæ, Vniuerſitates, Prælati, & cæteri, qui manus mortuæ appellantur tenentes feuda à Regia Curia ſoluunt releuium ſingulis quindennijs, hoc eſt quindecim annis*

13 *Releuium præſtatur de fructibus deductis expenſis, & onus adohæ computatur in parte fructuum ſpectante ad Regem.*

14 *Vita militia, et paragium non deducũtur in taxatione releuij, ſed confunduntur in parte fructuum, remanente feudatario; et de ratione diuerſitatis nu. 15.*

16 *Releuium non ſolvitur in morte ciuili.*

17 *Releuiũ non ſolvitur quãdo feudũ legatur.*

 18 Re-

18 *Releuium non ſoluitur quando feudum venditur, donatur, aut refutatur immediatè ſucceſſuro in vita, ſecus in vltima voluntate nu.* 19.

20 *Releuium ſoluitur quando fit refutatio generalis omnium feudorum, nedum in vltima voluntate, ſed etiam in vita niſi eſſet facta contemplatione matrimonij.*

21 *Releuium præſtatur de omni genere feudorum.*

ARGVMENTVM.

Releuium quid, & quãtum ſit, & in quibus caſibus debeatur.

CONCLVS. XVIII.

1 DE releuio nil habetur de iure feudorum, vt *Iſer. teſtatur in c.* 1. §. *ſimiliter in oſtendit is de cap. Corrad.* nec in Regni conſtitutionibus fit mentio releuij excepta *conſtitutione poſt mortem in fine*, ſed more inductum eſt, vt præſtetur à vaſſallo nouiter in feudo ſuccedente, quædam ſolutio, vt habeat inueſtituram; quæ ſolutio ſeù præſtatio alicuius ſummæ dicitur releuium à releuando ſeù ab adiuuando eum, cui præſtatur, vt *Iſer. in loco allegato nu.* 14.

2 Et ſic non ineſt feudo, ſed eſt quædam extrinſeca præſtatio *Iſer. in cap.* 1. §. *ſed et ſi res, per quos fiat inueſtitura*, & eſt præſtatio perſonalis, & debetur à ſucceſſore in feudo, non verò à tertio poſſeſſore, cùm actio perſonalis non competat contra tertium *l.* 1. §. *ſed ſi hæres ff. ad trebellianum Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *auctor.* 3. *nu.* 4. qui teſtatur,

3 quod licet hoc ſit verum de iure, de facto tamen ſeruatur cõtrarium, & pro releuio fit executio contra quemcunq; tertium poſſeſſorem tenentem feudum, licet ſit onus feudatarij non feudi *Conſil. de Anna conſil.* 4. *Præſ. de Franch. deciſ.* 121. *nu.* 11. *Gizzarell. deciſ.* 8. *nu.* 7. & alias deciſiones conſimiles refert *Io: Baptiſta Thoro I.C. laborioſiſſimus in* 1. *par. Compendij deciſionum in verbo releuium exigi debet fol.* 548. quod limitatur niſi feudatarius tertius poſſeſſor haberet cauſam à fiſco, *Frecc. de ſubfeud. authr.* 3. *num.* 27. *verſic. quæro.* Tunc enim fiſcus contra eum non poteſt agere pro releuio debito per prædeceſſorem.

4 Hoc releuium conſiſtit in medietate fructuũ illius anni, quo moritur feudatarius, *Iſer. in conſtit. poſt mortem verſ. et quidem*, non vt realiter fructus præſtentur, nam releuium præſtatur in pecunia, ſed dicitur præſtari ex fructibus ratione æſtimationis, ita vt pretium illorũ præſtetur in pecunia, vti *de Frãch.*

5 *in dicta deciſ.* 121. & ſi nulli, aut pauci percipiũtur fructus ſit vulgata coacernatio, & vnio fructuũ trium annorũ, & tripartita hac ſumma medietas vniuſcuiuſq; partis erit releuiũ vnius ex tribus annis, ita *Frecc. de ſubfeua. lib.* 2. *author.* 3. *num.* 28. 30. *et* 31. *quem refert, et ſequitur doctiſſimus Theodor. allegat.* 21. *nu.* 19.

Et prouentus cõputantur inter fru-

6 ctus, in taxatione releuij ſecundùm moderniores deciſiones (licet antiquitus contrarium eſſet deciſum) quas deciſiones refert *Iulius Cæſar Galluppus I.C. eruditiſſimus in eius Methodo feudali par.* 4. *c.* 4. *nu.* 77. *et* 78.

7 Hoc releuiũ ſolui debebat intra annum, & diem ab aditione, quando feudum non erat penès hæredem, vti *Camill. de Medic. conſil.* 55. *nu.* 3. de reliquo à die mortis ex ſtylo Regiæ Cameræ, de quo teſtatur *Gizzarell. deciſ.* 33. *n.* 9. aliàs amittebatur feudum antiquitus per *c. Regni, quod incipit apud Fogiam, aliàs, in nomine Dei æterni*, quod cap. vt aduertit *Iſer. in l. Imperialem num.* 30. *et in præludijs nu.* 22. *et in tit. quo tempore miles.* Fuit condi-

à Ca-

Digitized by Google

à Carolo II. & non eſt lex, ſed conſilium tantùm.

8 Sed hodie de cõſuetudine, & æquitate inducta per litteras Regis Roberti vti teſtatur *Afflict. deciſ.* 265. *nu.* 95. & prius *Iſer. in cap.* 1. *quo tempore miles*, ſi non ſoluitur releuium infra annum, & diem non amittitur feudum, ſed ſoluitur duplicatum releuium, cum ſupradicta diſtinctione, quod limitatur quando vaſſallus recuſaret ſoluere, tunc enim poteſt mulctari amiſſione feudi, vt *Loffred. in paraphraſi feudali* 9. *firmiter col.* 3. *verſic. prædictis non*

9 *obſtantibus*. Niſi excuſaretur propter ignorantiam mortis, vel qualitatis rei feudalis *Campan. in d. cap. apud Foggiam nu.* 8. *et* 76. *Roſental. de feud. cap.* 6. *concluſ.* 48. *nu.* 5.

10 Ab hac ſolutione releuij excuſatur ſucceſſor illius, qui non denunciauit, & mortuus eſt infra annum, nam cùm vnicũ debeatur releuium in hoc caſu. incipit annus à die obitus ſucceſſoris, *Curt. de feud. par.* 4. *nu.* 51. *verſic. quinto limitanda eſt, Reg. Rouit. ſuper pragm.* 2. *de officio Procuratoris Cæſaris. nu.* 5.

11 Minor etiam feudatarius quoniam non iurabat niſi poſt completam minorem ætatem nõ ſoluebat releuium niſi tempore iuramenti *Iſer. in d.* §. *ſimiliter in oſtenditijs*. Sed hodie Fiſcus exigit releuium, elapſo anno, & die etiam à minoribus, & pupillis, licet minor ætas eos excuſet à duplicato releuio *Reg. de Ponte in lecturis feudalibus in præludijs lectur.* 2. *n.* 51.

Et minores à quibus, vt diximus exigitur releuium poſt annum, & diem iurant poſt decimum octauum annum completum, quo tempore fiunt maiores, *Reg. de Ponte in loco allegato.*

12 Eccleſiæ verò, Prælati, Vniuerſitates, & ſimiles tenentes feuda à Regia Curia, qui dicuntur perpetui poſſeſſores, & manus mortuę ſoluunt releuium ſingulis 15. annis, ob quod vulgo appellatur quindẽnium, *Frecc. de ſubfeud.* 3. *auctor. nu.* 15. *lib.* 2.

13 Præſtatur releuium de fructibus deductis expenſis pro recollectione iuxta tradita *per DD. in l.* 1. *C. de fructib. & lit. expenſis*, & fructus ciuiles dicti tertiæ pro debitis contractis cum aſſẽſu facta venditione in feudum deducuntur *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *auctor.* 3. *num.* 29. Quibus deductis medietas vna fructuum remanet Baroni, alia medietas ſpectat ad Regem pro releuio, in qua computatur adoha, non verò in medietate Baronis, *Ayell. de iure adoha num.* 7. *verſic. ſoluitur etiam, Regens Tappia de conſtitut. princip. c.* 4. *n.* 67.

14 Sed vita militia non deducitur in beneficium primogeniti, *Ayell. de iure adohæ num.* 95. *in fine Maſtrill. deciſ.* 112. *num.* 12. *Conſ. Theodorus allegat.* 21. *nu.* 19. ſicuti nec paragium *Praſ. de Amato conſil.* 11. 12. & 13. Nam releuium ſoluit ſolus primogenitus *Camerar. in l. Imperialem fol.* 13. *lit. B. Maſtrill. vbi ſupra nu.* 13.

15 Ratio diuerſitatis in adoha illa eſt, nam adoha, & releuium Regi debentur ad eius electionem, & ſic non debet fieri duplicatio, *vt Afflict. in cap.* 1. *num.* 15. *quo tempore miles, Conſil. Paſchalis de Patria poteſtate par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 14. & ſic adoha deducitur, ne duplicato onere grauetur feudatarius.

16 Hoc releuium non ſoluitur in morte ciuili puta ingreſſu Religionis etiã ſequuta profeſſione *Frecc. in d. lib.* 2. *auctor.* 3. *nu.* 22. vbi multis medijs cõprobat hanc opinionem negatiuam.

17 Sic etiam nec releuium ſoluitur legato feudo cum aſſenſu *Minad. in conſtit. in aliquibus in fine primæ partis.*

18 Neque etiam ſoluitur in contractibus, nec in refutatione, quæ fit immediatè ſucceſſuro niſi fieret in vltima

19 voluntate, vt latiùs diximus ſupra *concluſ.* 6.

20 Sed ſi refutatio in vita fieret generalis omnium feudorum tunc ſoluitur releuium niſi eſſet facta contemplatione matrimonij, quo caſu non ſoluitur, eſtò quod ſit omnium feudorum, *Reg. de Ponte de poteſtate Proregis in tit. de refutat. feudorum in rubrica num.* 7. &

in

Digitized by Google

in præludijs feudorum lectur.2.post Annam allegat.23.num.6.

21 Præstatur hoc relcuium de feudo habente vassallos;de non habente vassallos, de constistente in pecunia, de quaternato simplici,de quaternato misto dicto secũdũm quid,& de omnibus feudorum speciebus, *vt Iser.in d.§. similiter in ostenditijs*, cum distinctione tamen, quòd de feudo misto soluitur Baroni *Camerar. in l. Imperialem fol. 73.lit.E.*

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiseos, & prælationis competit agnatis feudo vẽdito ex sanguine, non autem ex vicinitate.*

2 *Ius prothomiseos competit agnatis ad hoc, vt bona conseruẽtur in familia, & Agnatione.*

3 *Agnato proximiori competit ius prothomiseos intra annum, restituto tamen pretio.*

4 *Ius prothomiseos in feudis procedit, tàm si fiat venditio extraneo, quàm Agnato remotiori.*

5 *Agnatus proximior potest intra annum intentare ius prothomiseos, quãdo est facta venditio vlteriori Agnato, sed si esset facta extraneo competerẽt triginta anni.*

6 *Agnatus præfertur directo domino in emptione feudi per ius prothomiseos.*

7 *Ius prothomiseos procedit nedum in feudo ex pacto, sed etiam in feudo hereditario.*

8 *Ius prothomiseos cessat quando feudum est venditum subhasta. Quod limitatur, quando quis veniret per viam restitutionis in integrum, & nu.9.*

10 *In retractu feudali, quod pretium attẽdatur, conuentum, an verò extimandum, referuntur opiniones Contrariæ doctissimorũ II.CC.Theodori, & Lanarij, & conciliatur contrarietas per auctorem distinctionis sedere nu.11.*

12 *Ius prothomiseos cessat in venditione feudi noui.*

ARGVMENTVM.

Ius prothomiseos an habeat locum in feudis.

CONCLVS. XIX.

1 IVs prothomiseos, & prælationis ex sanguine tantùm competere in feudis comuniter est receptũ, & iudicatum (cùm de cætero cõsuetudines retractus ex vicinitate cessent in feudis ex dictis *per Præs. de Franch. decis.17. nu.11.* ficut cessat etiam prælatio in venditione rei comunis, *Iser.in cap.si duo fratr. de frat.de nouo benef.inuest.) cap.1.§.sed & res, per quos fiat inuestitura in §. Titius filios c.1. §. porrò qualiter olim feud.potest alienari*, in quibus locis *Iser.Bald. Aluarott. & cæteri.*

2 Est autẽ ratio huius prælationis illa, vt bona conseruarentur in familia, & agnatione argumento *l. si emptione ff. de min. vigintiquinque annis*, & ne imagines maiorum videantur reuulsæ, *l.lex quæ tutorum ff.de administr.tutor. Ita Reg.de Ponte decis.11.*

3 Hinc fit vt Agnatus proximior etiã viuo alienante feudum, possit illud retrahere infra annum, restituto tamen pretio emptori. Quam vẽtissimam sententiam ex pluribus Doctoribus comprobat *doctissimus Reg. Rouitus in rub. pragmat.de feudis nu.17. ibi quo sit.*

4 Et hæc prælatio locum habet tàm si venditio fiat extraneo, quàm agnato. Nã potest agnatus proximior in vtroq; casu retrahere, vt colligitur *ex d. §. sed et res, per quos fiat inuestitura. Sic Hartaman. Pistor. in tract. quæs. iuris q.12. nu.11.lib.2. post Iser.in dicto §. Titius*

5 Cum hac tamen distinctione, quòd si venditio sit facta agnato remotiori; Agnatus proximior auditur intra annũ tan-

Digitized by Google

tantùm. Sed ſi eſſet facta extraneo tunc competerent triginta anni agnato ad retrahendum ſicuti *Gloſ. & Iſern. in d.*
6 *§. Titius filios.* Et Agnatus præfertur directo domino, qui aliàs habet prælationẽ reſpectu extraneorũ ementium *gloſ. in cap. 1. §. porrò*, qualiter olim poteſt feud. alien. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 1. num. 5.*

7 Prædicta procedunt nedum in feudo ex pacto, ſed etiam in feudo hæreditario, & hæc eſt verior, & comunior opinio, quam optimis rationibus more ſuo amplectitur *doctiſſimus Regens Rouit. in allegat. rubrica de feudis nu. 19.* vbi reſpondet contrarijs, & idem confirmauit in eius allegationibus pro Iulia Muſcettula poſitis per *Reg. de Ponte poſt eius deciſ. 11.* referens ſic fuiſſe iudicatum per Collaterale Conſilium in dicta cauſa Iuliæ Muſcettulæ cum Barone Carofini, quam etiam deciſionẽ refert idem *Reg. Rouitus conſ. 22. lib. 2. reprobata ſententia Paridis de Puteo in tractatu de reintegrat. feud. cap. incipiẽte an ſi vendantur.*

Verum eſt tamen, quòd ſi ſuper vẽditione eſſent factæ legitimæ ſubhaſta-
8 tiones, & præconia pro liberando feudum plus offerenti ſeruatis debitis ſolemnitatibus, tunc ceſſat hæc prælatio, & emptor non poterit moleſtari à cõſanguineis vigore iuris prothomiſeos, & vẽdicabit ſibi locum *tex. in l. ſi tempora C. de fide inſtrum. & priuil. haſta fiſcalis lib. 10.* prout *ibidẽ Bart. & Albericus*, quos refert idem *Rouitus in dicto*
9 *conſil. 22. num. 4.* Vbi dat aliam limitationem *ad dictam l. ſi tempora*, quando ſcilicet agnatus eſſet perſona, cui competeret reſtitutio in integrũ, tunc enim reſtitueretur, vt poſſet offerre maius pretium, vt *Bart. in d. l. ſi tempora nu. 7. verſic. pradicta verò*, quẽ ſequitur *celeberrimus Reg. Tappia Marchio Belmõtis vir eminẽtis ſcientiæ, vt tot eius ſcripta doctiſſima, & vtiliſſima reipub. teſtantur lib. 3. Compilationis Iuris Regni in tit. de iure prothomiſeos nu. 77.*

Sed quod pretium debeat ſolui per
10 retrahentem an illud, quo res fuit vẽdita, etiam quòd ſit exorbitans, an verò pretium iuſtum: Hic articulus fuit pleniſſimè diſcuſſus per *Fuluiũ Lanarium I.C. doctiſſimum Fiſci patronũ Regiæ Camera oculatiſſimum* in additionibus ad repetitiones feudales eximij illius viri, & celeberrimi *Regentis Ioan. Antonij Lanarij Comitis Caſtriſacci, & meritiſſimi Præſidis* S.C. eius patrui in lecturis feudalibus, & propriè *f. 329. à num. 41. vſque ad 64.* & concludit eſſe attendendum pretium iuſtum valoris rei, & non pretium conuentum, & refert plures deciſiones S.C. & ſignanter *deciſionem 57. Reg. Tapiæ.*

11 Sed *doctiſſimus Conſil. Theodorus in eius allegat. 92.* poſt diſputatum articulum concludit, quòd debeat reſtitui pretium datum, vel oblatum ab emptore etiam quòd ſit exorbitans.

In hac contrarietate iſtorum clariſſimorum virorum, quorum vnus eſt meus affinis, & dominus, & alter ſimiliter dominus, & amicus. arbitror diſtinctionis fœdere eſſe quæſtionem dirimendam. Nam ſi pretij oblatio, vel cõuentio dolo aliquo nõ laborat propter emulationem, animoſitatem, & id genus, quod fuit ponderatum in *dicta deciſ. Reg. Tapiæ 57. nu. 21.* per doctrin. *Caſtrenſ. in l. qui Romæ §. coheredes nu. 4. ff. de verbor. obligat.* Tũc dubio procul, non videtur ſtandum pretio conuento, vel oblato ad euitandum fraudes legibus exoſas. Quod ſecus eſſet quando pretium oblatum, vel conuentum verum eſſet, & indubitatum, tunc enim prælatio in tantùm eſſet concedenda in quantùm idem prætium offerretur, vt idem *Reg. Tapia ſentit in eadem deciſ. nu. 20. & Neguſan. de pignoribus 2. par. 3. membr. 5. par. principalis nu. 17. & Præſ. de Franch. dec. 12. poſt alios relatos ab Alexandro in d. §. cohæredes.*

12 Poſtremò animaduertendum eſt, q hæc prælatio procedit in feudis antiquis, ſecus autem in nouis, in quibus ceſſat ratio, vt bona conſeruentur in

fami-

familia,& agnatione,*Reg.de Curte in 2. par.diuerſor.cap.4.num.43 et Reg.de Ponte de poteſt.Froreg tit.10. §.1.num. 20.ex Iſer.in d.cap Titius,et Schrader. de feud.par.8. cap.7.num.34.* ſequitur *Maſtrill.deciſ.8.*

SVMMARIVM.

1 *Actio ad rem aliquam regulatur ſecundùm naturã rei, et hinc actio ad feudum eſt feudalis.*

2 *Feudum poteſt conſtitui in annuis introitibus.dummodò venditio fiat in feudum.*

3 *In actione ad feudum ſuccedit ſolus primogenitus, qui tenetur præſtare ſecũdogenitis partem pretij.*

4 *Primogenitus non ſolùm compelli poteſt à ſecundogenitis ad agẽdum pro parte pretij contra venditorem cenſus, ſed etiam compelli ad cedẽdam actiones.*

5 *Secundogeniti ad euitandum circuitum poſſunt agere recta via abſq. ceſſione contra venditorem cenſus.*

6 *In conſtituendo nouo feudo ſuper annuis introitibus requiritur aſſenſus Regis immediatè.*

ARGVMENTVM.

Actio ad feudum an reputetur ſicut feudum ipſum.

CONCLVS. XX.

1 CVm actio ad rem aliquam competens reguletur ſecũdùm naturam rei, *l.qui actionem ff. de regul. iuris, Tiraquell. de retract. lignag.§.1.glo.7.n.3.* Hinc fit vt Actio ad feudum ſit feudalis, & reputetur vt feudum *Iſer.in conſtitut honorem noſtri diadematis,de Franch.deciſ.41.in principio,et deciſ.75.nu.3.et deciſ.593.*

2 Exemplum erit in annuis introitibus ſuper feudo venditis (in quibus poſſe conſtitui feudum non ambigitur) *Reg. de Curte in 1.par. aiuerſ.feudal. c. incipiente redeundo igitur f.24. in principio*, mediante aſſenſu dummodo expreſsè dictum ſit, quòd uenditio fit in feudum, ſecus autem ſi eſſet ſimpliciter obligatum feudum cum aſſenſu, *Lucas de Penna in l. 2. in fine C. de omni agro diſerto lib.10.et Ioan:Camillus Bioctа Patruus in allegat.2. impreſſa poſt tract.de abſol.iuramenti num.4.*

3 Quo caſu conſtituitur nouum,& ſeparatum corpus feudi,in quo ſolus primogenitus ſuccedit, qui propterea tenetur fratribus,& ſororibus præſtare partem pretij, ut *de Franch.d.deciſ.41. nu.3.* & ſoluet etiam Regiæ Curiæ releuium, *vt de Curte in loco allegato nu. 19.*

4 Et hoc caſu nedum primogenitus, qui ſolus ſucceſſit in hac actione tanquam in feudo, ut diximus poteſt cogi à ſecundogenitis, ut agat pro eorum parte pretij contra uenditorem cenſus, ſed etiam idem primogenitus compelli poteſt ad cedendum actiones *l. cùm plures 62.§. meſſem ff.locati.*

5 Et quod plus eſt ad euitandum circuitum poſſunt ſecundogeniti directè agere abſque ceſſione contra eundem uenditorem cenſus.*l.dominus teſtamẽto 53. ff. de condit. indebiti.* Cum alijs adductis *per Anellũ de Amato iam Aduocatum, & Regiæ Cameræ Præſidem doctiſſimum in conſ.42.nu.34.*

6 Eſt tamen aduertendum,quòd ſtante *pragmatica 4. de feudis, quæ dicitur de nouem capitibus*, quę in cap.7. prohibet Proregibus aſſenſum præſtare diuiſioni,& alienationi partis feudi. Si in uenditione annuorum introituum, de quibus ſupra non adeſſet aſſenſus Regis immediatè nõ cõſtitueretur nouum feudum,ut diximus,& in dictis introitibus etiam in feudum uenditis cum aſſenſu Proregis non ſuccederet ſolus

ſolus primogenitus, ſed fieret ſucceſſio de iure comuni Romano, *vt ex Franciſco de Amicis in titul. de his, qui feud. dare poſſunt in cap. incipiente ſummus modo in fine fol* 48. *concludit Mõtan. in l. Imperialem §. Præterea Ducatus num.* 75. *cum ſeq. numeris*, ubi de hac quæſtione tractat.

SVMMARIVM.

1 *Feudales quæſtiones coram paribus terminabantur de iure feudorum.*
2 *Feudales cauſæ in Regno olim cognoſcebantur per M. C. V.*
3 *Feudales cauſæ, & quæſtiones hodie agitantur in S. C. ſed ſi adeſt intereſſe Fiſci in R. C. Sum. quod declaratur quando Fiſcus, eſt reus, actor, vel author laudatus nu.* 4.
5 *Quando Fiſcus habet intereſſe non formatum, ſed ex futura ſucceſſione, releuio, adoba, iurepatronatu, & id genus, tunc cauſa agatur in S. C. cum interuentu Fiſci.*
6 *Fiſco authori laudato competit remiſſio ad Regiam Cameram, quando reuera tenetur de euictione.*
7 *Remiſſio cauſarum Fiſci ad R. C. ſine ad S. C. durat vſque ad concluſionem inclusiuè, in Regno ſecus de iure comuni.*
6 *Controuerſia an ſit feudum, vel allodiũ agitanda eſt in R. C. quod limitatur in poſſeſſorio ſummariſſimo.*
9 *Tertius comparens prò ſuo intereſſe non poteſt cauſam ad ſuum Iudicem auocare, quod fallit in Fiſco nu.* 10.
11 *Fiſcus ſuccedens priuato non tenetur ſtare inſtantiæ ceptæ, pro, vel contra authorem ſuum, ſed coram ſuis Iudicibus.*
12 *Regia Prouincialis Audientiæ Hydrũtina prætendit titulum Sacræ, & cognitionem feudorum quaternatorum.*

ARGVMENTVM.

Feudales cauſæ coram quibus Iudicibus agitandæ.

CONCLVS. XXI.

1 FEudales quęſtiones coram paribus terminabantur de iure feudorum *cap. 1. de controuerſ. feud. apud pares terminand. vbi Iſer.*

2 In Regno verò cauſæ feudorum corã Magiſtro Iuſtitiario, cuius vices obtinet M. C. V. cognoſcebantur. *Iſer. in conſtit. Violentias*, & hinc eſt, quòd ſola M. C. cognoſcebat de feudis quaternatis *per ritum* 50. *& per conſtit. M. C. noſtre, & per conſtitut. Iuſtitiarij in fine*, per quam corrigebatur conſtitutio, *ut vniuerſis* cuius vigore quęſtiones feudales apud pares terminabantur, ſicut de iure comuni feudorum.

Hodie autem de feudis, & quęſtionibus feudalibus agitur in S. C. 3 ſed ſi adeſt intereſſe Fiſci in R. C. Summariæ, quæ Regia Camera eſt Iudex ordinarius cauſarum fiſcalium *l. 1. C. vbi cauſæ fiſcales.*

Quod intelligitur quãdo Fiſcus eſt 4 reus, actor, vel author laudatus, aliàs ſi non eſt talis, & haberet aliquod intereſſe, vt puta ex futura ſucceſſione, 5 releuio, adoha, iurepatronatu, & id genus tunc cauſa agitaretur in S. C. cũ interuẽtu Fiſci, vt teſtatur *de Franch. deciſ. 116. nu. 14.* ex diſpoſitione *pragmat. 63. num. 3. de officio Procuratoris Cæſaris*, quæ pragmatica reformat precedentẽ inter cætera in hoc, quod ſi in dictis cauſis ſucceſſionis, releuiorum adohæ, iuriſpatronatus, & ſimilibus adeſſet aliquod euidens præciſum, & conſiderabile intereſſe fiſci, tunc R. C.

cuit

erit Iudex competens ſi Fiſcus inſteterit.

6 Et id, quod diximus Fiſco authori laudato competere remiſſionẽ ad Tribunal Regiæ Cameræ intelligendum eſt cum grano ſalis, vt aduertit *Reg. Rouit. in pragmat. 13. de offic. Procuratoris Cæſaris*, ſcilicet quòd Fiſcus re vera teneatur de euictione, & refert deciſionem S.C. in cauſa Monaſterij S. Petri, & Sebaſtiani cum Marchione Laini.

7 Tempus autem petendi remiſſionẽ cauſarum ſiue ad R. C. ſiue ad S. C. durat vſque ad cõcluſionem incluſiuè, *vt in Pragmat. 37. de offic. S.C. vbi idem Rouit.* in principio ſubdit, quòd de iure comuni poſt concluſum non poteſt peti remiſſio, ad quod multos allegat, & ex noſtratibus *Afflict. deciſ. 396. nu. 12.*

8 Similiter quando controuertitur an ſit feudum, vel allodium, cauſa eſt agitanda in R.C. vti teſtatur *Conſil. Georg. in lectur. feudal. cap. 49. num. 11. vbi n. 9.* limitat dictum in poſſeſſorio ſummariſſimo, in eo enim cauſa non remittitur, eſtò quòd aliàs eſſet remiſſibilis, & ſic refert deciſum per S.C.

9 Et quamuis tertius comparens pro ſuo intereſſe non poſſit cauſam ad eius iudicem auocare, *l. venditor ff. de iudicijs Bart. Caſtrenſ. & alij in l. 1. C. vbi in rem actio*, & adeſt ſolemne *Conſil. Purpural. 26. per totum.*

10 Tamen hæc regula limitatur in Fiſco qui poteſt Iudicem declinare *l. 3. C. de iure fiſci lib. 10. & l. ad Fiſcum C. vbi cauſæ fiſcales Caualcan. deciſ. Friulan. 8. in principio par. 1.*

11 Sic etiam Fiſcus ſuccedens priuato non tenetur ſtare inſtantiæ ceptæ pro vel contra authorem ſuum, ſed coram ſuis Iudicibus cauſa eſt agitanda dummodo verſemur ante ſententiam. Nam poſt ſententiam nõ competit Fiſco remiſſio *Salycet. in l. 1. C. ſi pendente appellatione per tex. in l. ſi conſtante §. final. ff. ſolut. matrimon. Franciſcus Lucanus in tractatu de Fiſco, & eius priuileg. n. 70. Peregrin. de iure fiſci lib. 7. titul. 1. nu. 12.*

12 Poſtremò animaduertendum eſt, quòd Regia Prouincialis Audientia Hydruntina prætendit habere cognitionẽ de feudis quaternatis, vt teſtatur *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. in verbo Epiſcopus Licienſis*; quod quidẽ ex eo potuit cauſari, nam Sereniſſimus Federicus Aragoneus antequam eſſet Rex huius Regni fuit Prorex in illa Prouincia, tunc vnita cum Prouincia Barenſi, quę Regiæ Audientiæ propterea appellantur Sacræ, & prætendunt cognitionem feudorum quaternatorum, licet dum Ego in dicta Audientia Hydruntina, annis elapſis, & Fiſci patroni, & Auditoris munere functus ſim caſus non occurrerit, nec occurriſſe intellexerim.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio in linea deſcendenti, de iure comuni feudorum ſit in infinitum, & idem in Regno num. 2.*

3 *Feuda ſunt effecta indiuiſibilia per Ius Francorum.*

4 *Maſculi in Regno gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata ſuccedunt, cum onere paragij, & vita militiæ.*

ARGVMENTVM.

De ſucceſsione lineæ deſcendentis in feudis.

CONCLVS. XXII.

1 DE iure comuni feudorum ſucceſſio in linea deſcendenti fit in infinitum *cap. 1. vbi Iſern. de natura ſucceſſ. feud. cap. 1. §. cum verò, & §. hoc autẽ de his, qui feud. dare poſſunt.* Quod procedit eſtò quòd ſimpliciter fit facta conceſſio nulla facta mentione filiorum, & hæredũ *d.c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & in c. 1. de gradibus ſucceſſ. in feud.* In

2 In Regno ſucceſſio lineæ deſcendentis ſimiliter fit in infinitum, *vt in conſtit. vt de ſucceſſionib.*

3 Et quoniam fœuda ſunt effecta indiuiſibilia per ius Francorum, quòd induxit indiuiduitatẽ in *Regno*, prout *in dicta conſtitut. vt de ſucceſſionibus*, & probat *Cannet. in cap. ſi aliquem verſ. his explicitis fol.* 298. & nos diximus infra *concluſ.* 75. Primo loco præfertur linea, ſecundo gradus, tertio ſexus, inter eos tantum, qui ſunt eiuſdem lineæ, & gradus, & poſtremo ætas inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, gradus, & ſexus, *Reg. Lanar. conſ.* 1. *num.* 15. & *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. mulierum nu.* 30.

Quod etiam fuit diſpoſitum in capitulis Papæ Honorij, *in cap. ſi aliquem ibi, inter duos eodem gradu feudatario coniunctos fœminam maſculus, minorẽ, maior natu præcedat, ſiuè ſint maſculi, ſiuè fœminæ concurrentes.*

4 Succedunt ergò maſculi in Regno, gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata, cũ onere dotandi ſorores de paragio, & cũ onere vitæ militiæ ſecundogenitis, & in defectu maſculorum fœminæ, vt diximus ſupra *concluſ.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio feudorum de iure comuni feudorum, eſt coarctata vſque ad ſeptimum gradum in linea collaterali.*

2 *Succeſſio feudorũ in Regno in linea collaterali extẽditur tantùm ad fratres, & fratrum filios.*

3 *Cõſtitut. Regni vt de ſucceſſionibus enumerat perſonas, non gradus, ſecũdùm veriorem opinionem.*

4 *Patruus an ſit comprehenſus in conſtitut. vt de ſucceſſionibus, & an ſuccedat de iure comuni feudorum, in feudis antiquis fuit controuerſum.*

5 *Patruus in Regno fuit expreſsè admiſſus per gratias tàm in feudis antiquis, quàm in nouis, ad tollendam omnem controuerſiam, quod declaratur nu.* 10.

6 *Amita fuit admiſſa expreſsè ad ſucceſſionem feudorum per gratias.*

7 *Frater conſobrinus per gratias fuit admiſſus ad ſucceſſionem feudorum, alterius fratris conſobrini; dummodo ambo deſcendant ex maſculis, & feudum fuerit comunis aui, & in hoc casu, ſcilicet casu, eſt protracta ſucceſſio in linea collaterali in quarto gradu.*

8 *Succeſſio feudorũ in quarto gradu ſimpliciter, & abſolutè non datur in Regno, & ſemper fuit denegata à Sereniſſimis Regibus.*

9 *Patruus, & amita ad feuda antiqua tãtùm admittuntur, non verò ad noua, nu.* 10. & 11. *vbi, de ratione.*

12 *Neptis ex primogenito excludit filium maſculum ſecundogeniti, ex vi ſubingreſſionis inducta per cap. conſideratis; & excludit etiam patruum, & amitam, & materteram num.* 13. & 14.

15 *Filia fœmina primogeniti excludit à ſucceſſione feudorum filium maſculũ ſecundogeniti.*

16 *Filia fœmina primogeniti intrat gradum, locum, & ſexum patris.*

17 *Feudatarius poteſt diſponere de feudis, in maſculos in gradu ſucceſſibiles, excluſis fœminis licet in gradu proximioribus, vigore nouellæ pragmaticæ.*

18 *Frater conſanguineus natu maior excludit fratrem vtrinq; coniunctum, natu minorem, & refertur deciſio S. C. num.* 19.

20 *Nepos excludit patruum in ſucceſſione feudorum, et refertur determinatio Clementis V. ſuper ſucceſſione Regni inter Regem Robertum, et Regẽ Hungariæ filium Regis Caroli Martelli.*

21 *Rex Robertus iudicauit pro Nepote contra patruum ſuper Comitatu Sancti Seuerini.*

22 *Frater conſanguineus excludit ſororẽ vtrinque coniunctam à ſucceſſione feudi, etiam ex linea materna obuenti, fratri defuncto.*

ARGVMENTVM.

De ſucceſsione lineæ collateralis in feudis.

CONCLVS. XXIII.

1 IN linea collaterali ſucceſſio de iure comuni feudorum eſt coarctata vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè, *ex cap.1.§.hoc quoq; in fine de his qui feud.dare poſſunt*, & tradit *Reg.Rouit.in deciſ.72.num.66.* Qui gradus computatur ſecundū ius ciuile, *Iſern.in d.cap.1. de his qui feud. dare poſſunt,& in cap.vnico §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* ſequitur *Cannet. in cap. ſi aliquem ſect.11.verſ. defuncto ergò nu.4.* & hanc opinionem comunem atteſtatur *Sonzbech.de feudis par.4. num.13.* Eandemque in Germania ſeruari teſtatur *Gaill.lib.2.obſeruat.150. nu.4.* & in Regno eſt indubitata, & comunis opinio, vt teſtatur *Reg. de Ponte in lecturis feudalib.lectur.9. nu.60.fol.84.* vbi dicit quòd *Gloſ.in d.§.hoc.quoq;* & eius ſectatores, qui tenent fieri ſucceſſionem in infinitum debent intelligi de linea deſcendenti.

2 Prædicta procedunt de iure comuni feudorum,ſed in Regno per *conſtit. vt de ſucceſſionibus* fuit coarctata ſucceſſio in hac linea collaterali,ita vt ſuccedant tantūm fratres,ſiuè ex vtroque parēte, ſiuè ex altero tantùm defuncto coniuncti, & filij fratrum (excluſo comuni parente) in feudis paternis tantùm,ſecus in nouiter quæſitis.

Et quia in *dicta conſtitut.* nihil fuit dictum de patruo,& amita,*Gloſ.ibidem in verbo non ſuccedunt*,dubitat an com-
3 prehendantur. Nam licet adſit eadem ratio propter gradum, nihilominus cōſtitutio denumerat perſonas non gradus,vt *Reg.Rouit.in pragmat.11.nu.7. de feudis,& in deciſ.94.nu.17.cum ſeq.* vbi plenè. Et hæc eſt recepta opinio in Regno licet *Cumias in cap. ſi aliquem in rubrica num.38.* dicat,quòd in *d. conſtit.* enumerentur gradus, & non perſonæ motus ex author. *Iſern.ibidem in verbo idem ius.* Tamen *idem Iſern.* poſtea ſubdit, quòd comunis interpetratio ſemper fuit contra ſuam opinionem,& dixit etiam in *cap.1. nu.2. Imperat.Lotharius,& in cap.1.nu.7.prope finem in verſ.benè putamus de natura ſucceſſ.feudi.* ſequitur *Affict. in d.c.1.*
4 *Imper.Lothar.n.25.* dicens, quòd opinio Iſer.in d.verbo idem ius,nō eſt recepta in Regno, ſed contraria vt à cōſtitutione non ſit cōprehenſus patruus. Licet de iure comuni feudorum in feudis antiquis patruus ſuccederet, *vt in d.cap.1.§.ſi quis miles in fine Imper. Lothar.* ita vt de iure Regni, non ex verbis *conſtitutionis*, *vt de ſucceſſionibus*, ſed ex interpetratione *Iſer.* ſit admiſſus patruus.

5 Ad tollendam hanc difficultatem, & ad maiorem declarationem fuit per Regem Cattholicum in generali parlamento anni 1507.ad ſupplicationem Regni,vt habetur *in pragmat.6.de feudis* conceſſa gratia, quòd patruus ſuccederet tàm in feudis paternis, quàm in illis de nouo queſitis,non obſtante, quòd inueſtitura cōtineret clauſulam pro hęredibus ex corpore;& cùm aliàs
6 fuiſſet dubitatum in cauſa Comitiſſæ Oppidi, cū Regio fiſco ſi in ſupradicta gratia loquente de patruo eſſet etiam comprehenſa amita,fuit opus noua declaratione, vnde in anno 1536. vt habetur *in pragmat.12.de feudis*, fuit declaratum per inuictiſſimum Carolum V. Cæſarem, quòd in omni caſu, in quo patruus comprehenditur, amita etiam comprehendatur; hoc etiam addito,quòd frater conſobrinus admittatur ad ſucceſſionem feudorū alterius fratris conſobrini,de cuius hæreditate agitur,quæ fuerunt communis aui, dummodo ambo ſint maſculi, & deſcēdant ex maſculis,& ſic hodie ſucceſſio in linea

Digitized by

nea collaterali fit in hoc caſu tantùm, & cum ſupradictis circumſtantijs eſt protracta vſque ad quartum gradum.

8 Et licet fuerit pluries, & prius, & poſtea ſupplicatum, vt concederetur gratia ſimpliciter pro ſucceſſione vſq; ad quartum gradum, ſemper fuit denegata, *vt in capitulis, & priuilegijs anni* 1540. *fol.* 126. *à terg, & anni* 1554. *fol.* 153. *cap.* 13. *& anni* 1570. *fol.* 169. *c.* 3. *& anni* 1587. *fol.* 178. vt etiam habetur *in pragmaticis de feudis.*

9 Circa prędictas gratias, quæ patruũ & amitam comprehẽdunt occurrit dubitari ſi procedat nedum in feudis antiquis, de quibus non ambigitur, ſed etiam in feudis nouis. & videtur pro affirmatiua cõcludendum propter expreſſa verba *dicta pragmat.* 6. vbi includitur expreſsè feudum nouum, & propter alia verba ſequentia v3. etiam quod adeſſet clauſula pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.

10 Et quamuis in allegata *pragmat.* 12. videatur ſermo de feudis antiquis. Hoc procedere debet ad euitandum abſurdum, vt loquuta ſit reſpectu ſucceſſionis in quarto gradu. Sed reſpectu ſucceſſionis amitæ eſt relatiua ad *pragmat.* 6. in qua de patruo fuit ſermo, & ſubdit *pragmat.* 12. quòd in omni caſu, in quo eſt comprehenſus patruus, amita etiam comprehenſa eſſe intelligatur; Vnde ex regula æquiparatorum, & cùm relatum ſit in referente *vulgata l. aſſe toto C. de hæredib. inſtit. & l.* 1. *C. de Codicillis*. Videtur dicendum, quòd amita etiam ſuccedat in feudo nouo.

11 Tamen verior videtur opinio negatiua, nedum ex optimis argumentis, & rationibus fundatis *per Reg. Rouit. in deciſ.* 94. ſed etiam quia reſultaret maximum abſurdum, vt patruus, & amita ſuccederent in feudo nouo, & pater excluderetur à feudo nouo filij, quod eſt indubitatum in Regno, vt diximus *concluſ.* 24.

In hac linea collaterali occurrit dubitari, ſi neptis ex primogenito excludat filium maſculum ſecundogeniti, &

12 verior opinio eſt, quòd neptis excludat nedum filium fratris ſecundogeniti ex vi ſubingreſſionis, & repreſentationis inductæ in linea collaterali per

13 *cap. conſiderantes*, ſed etiam ipſum patruum, *vt Afflict. in conſtit. in aliquibus nu.* 22. *Conſ. Fab. de Anna conſil.* 125. *n.* 46. *vol.* 2. *Campan. in d. cap. conſiderantes nu.* 15. *poſt Neapodan. ibidem nu.* 6. ſequitur *Reg. de Ponte in lectur. feudal. lectur.* 35. *& Ioan. Vinc. de Anna alleg.* 55. qui teſtatur de generali conſuetudine Regni contra opinionem *Iſern. in dicta conſtitut. in aliquibus*, qui loquitur attento iure comuni feudorum, vti *Camerar. declarat in dialogo impreſſo poſt Cannes. fol.* 375.

14 Quare nepos, vel neptis ex fratre, vel ſorore primogenitis excludit patruum, amitam, & materteram, *vt Reg. Rouit. probat in deciſ.* 51. *num.* 2. *verſic. quatuor primi caſus*, vbi hanc materiã peroptimè diſtinguit more ſuo, & refert decisionem in cauſa Beatricis de Ebulo, quæ fuit excluſa à ſucceſſione Aureliæ eius ſororis, & ei fuit prælatus Dux Feroleti filius alterius ſororis primogenitę, & refert eũ aliam deciſ. in cauſa D. Ioannæ Coſſe neptis Ducis S. Agathæ Gothorũ ex ſorore primogenita, quæ excluſit D. Lucretiam Coſſo ſecundogenitam dicti Ducis, cui propterea competit paragium cõprobatis *per Reg. Lanarium conſ.* 1. *nu.* 59. *& Præſ. de Franch. deciſ.* 73. *nu.* 17.

15 Ex prædictis determinari poſſet articulus quando caſus occurrit ſi in ſucceſſione feudalium concurreret filius maſculus fratris ſecundogeniti defuncti cum filia fœmina fratris primogeniti, nàm hæc fœmina excluderet filium maſculum fratris primogeniti vigore primogenituræ, cuius tãta eſt vis, quòd naſcendo primogenitus ſtatim excludit ſecundogenitum, & naſcendos ex eo, & donec ſupereſt aliquis de linea primogeniti etiam fœmina nec ſecundogenitus, nec alius dictæ lineæ ſecun-

ed by Google

dogeniti ad primogenituram admittendus est. Fuit hæc originalis doctrina *Bald. in l. cùm antiquioribus nu. 18. versic. quia primogenitus C. de iure deliber.* quem refert, & sequitur *Reg. Rouit. in allegat. decis. 51. num. 16.* & ante eum *Gramat. decis. 1. num. 30. prope finem, & Reg. de Ponte in lectur. feud. 12. in fine; et Consil. de Anna d. consil. 125. nu. 45. vol. 2.*

16 Quod in Regno est absolutum, & indubitatum ex declaratione Reginæ Ioannæ Secundæ, de qua testatur *Affict. in constit. in aliquibus nu. 65.* scilicet vt filia primogeniti intret gradum, locum, & ius patris.

17 Ad tollendum inconueniens præmissum, ex quo multoties feuda ad alienas familias transibant, vt pluries occurrit, opus fuit pro coseruandis feudis in familijs petere, & obtinere gratias à Maiest. Catholica, quòd feudatarij de feudis possint, tàm in vita, quam in vltima voluntate disponere in masculos dummodo sint in gradu successibiles prætermissis fœminis licet in gradu proximioribus, vt habetur *in pragmat. 31. de feudis.*

In hac linea collaterali occurrit dubitari si in successione fratris præferatur primogenitus consanguineus alteri fratri vtrinque coniuncto minori

18 natu. Hanc quæstionem plenissimè agitauit *Reg. Consil. Georg. in allegat. 21.* vbi scripsit pro fratre vtrinque coniuncto, nec refert quid decisum quemadmodum fuit translatione finita. Sed pro fratre maiore natu, licet ex vno tantum latere refert alias fuisse decisum, *Marchiad. decis. 36. num. 10.* sicut etiam fuisse decisum pro fratre maiori tempore Alphonsi Primi refert *Montan. in l. Imperialis, præterea Ducatus nu. 126. in fine vbi nu. 124. eam sequens*, et assumit rationes pro, et contra in hac quæstione, & hanc eandem opinionem tenuit *Reg. Rouit. in pragmat. 14. de feudis num. 2. & 21.* moti omnes ex potentia, & vi primogenituræ, cui non officit duplicitas gradus.

19 In simili articulo per S. C. fuit iudicatum pro vtrinq; coniuncto in contingenti casu inter Marcum Antonium Galeotam, & Pompeum Tomacellum super successione Marchionatus Clusani, cùm fuerit prælatus Pompeius filius fratris vtrinque coniuncti licet natu minoris Marco Antonio Galeotæ vterino natu maiori, pro quo Pompeio scripsit *Cons. Fab. de Anna in supra allegato consil. 125. vol 2.* & hanc decisionem refert *doctissimus nunquam satis laudatus Reg. Tappia in eius decis. 2. S.C.*

Et in eodem *consil. 125. concludit. num. 4. idem Consil. de Anna*, quòd ne-

20 pos excludit patruum in successione feudi, licet ambo sint in eodem gradu defuncto coniuncti, & hæc fuit alias famigeratissima quæstio, quæ tempore Ottonis Imperatoris fuit iudicio gladiatorio commissa, vt habetur *in cap. ad Apostolicæ de sentent. et re iudicata*, & bis nepos victor euasit, quòd iudicio Dei fuit tributum, vt dicunt *DD. allegati in dicto consil. 125. num. 40. et sequitur Reg. de Pont. in lectur. feudalib. lectur. 3. n. 136. et Gram. decis. 1. n. 24.* Vbi refert determinationem Clementis V. Summi Pontificis, qui pronunciauit circa successionem huius Regni ob mortem Caroli II. in fauorem Roberti secundogeniti excludendo Carobertum Regem Hungariæ filiũ Caroli Martelli primogeniti, vti *Riccard. Malumbr. et Cyn. in l. si viua matre C. de bonis maternis.* Quod processit ex

21 ratione speciali, propter publicam vtilitatẽ Regni ob immensam sapientiã Roberti, qui fuit reputatus secundus Salamon, tanto magis quòd Regi Hũgariæ sufficiebat illud Regnũ, vti *Bald. in d. l. si viua matre, et in l. 3. C. de suis, et legitimis.* Motus etiam Summus Põtifex ex eo, quòd Rex Robertus erat in possessione huius Regni, à quo expelli non poterat sine maxima populorum strage, quæ ratio in successione Regnorum præferenda est rationi legali, *per tex. in §. ordinationem in authent.*

de

de Monacis, & ſubdit Bald. quòd Rex Robertus poſtea conſcientia motus tranſtulit hoc Regnum ad Andream dicti Caroberti filium copulando eidem Andreæ, qui appellatus fuit Andreaſſus Ioānam Neptē, ipſius Roberti licet hoc matrimonium pro vtroque infeliciſſimū euaſerit. nam idē Andreas fuit mandato Ioannę vxoris laqueo ſuſpenſus, & ipſa Ioanna poſtea fuit etiā laqueo ſuſpenſa de mandato Ludouici Regis Hungariæ Andreaſſi fratris vti apud Hiſtoricos.

21 Et idemmet Rex Robertus in contingenti caſu ſuper Comitatu Sancti Seuerini, in quo adeſt ſolemne *conſilium Oldradi* 224. iudicauit pro nepote cōtra patruum, *vti Gramat. in d. deciſ.* 1. *refert*, referens etiam aliam conſimilē deciſionem in cauſa Ducis Traiecti, de de qua meminit etiam *Anna in d. conſ.* 125. *nu.* 41.

22 Quid ſi feudum obueniſſet ex linea materna filio, cui obeunti eſſet ſuperſtes ſoror vtrinque coniuncta, & frater conſanguineus quis præferendus eſſet in ſucceſſione. *Minad. d. dec.* 36. *nu.* 11. tenet pro iſto fratre conſanguineo, & hæc opinio rationi conſona eſt, nam licet iſte frater non ſit de comprehenſis in inueſtitura tamen conſtitutio, vt de ſucceſſionibus vocat proximiores habito reſpectu ad vltimum morientem ſine diſtinctione ſi feudum peruenerit ab illo latere, *Iſer. in cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud. poſt lecturam num.* 8. quem ſequitur *Camerar. in reſponſo edito poſt Cannet. in cap. ſi aliquem fol.* 363. & 369. quos allegat in ſimili quęſtione *Conſil. Georg. in d. allegat.* 21. *num.* 36. referens ſic aliàs iudicatum, & *Conſil. de Anna in allegato conſ.* 125. *nu.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Linea aſcendens non eſt vocata per Conſtit. Regni, et ideo occurrendum eſt ad ius comune feudorum.*

2 *Succeſſio in feudis habet oculos infra, et retro, et ante.*

3 *Per Conſtitut. Regni eſt dilucidatum ius feudorum, et duo linea vocantur, deſcendens, et collateralis excluſo patre.*

4 *Aſcendens non ſuccedit deſcendenti in feudo nouo, de iure feudorum, quod limitatur nu.* 5. *et* 6.

7 *Aſcendens ſuccedit deſcendenti de iure comuni feudorum in feudo antiquo, et paterno excluſis proprijs filijs, fratribus defuncti, et nu.* 8. & 9.

10 *Feudum refutatum à patre filio omninò, vel vt de nouo feudo inueſtiatur, efficitur nouum de iure comuni, ſed in Regno per gratias ſemper retinet naturam feudi antiqui, et nu.* 11.

12 *Quando pater ſuccedit filio in feudo refutato, ſuccedit iure ſucceſſionis non reuerſionis, et ideo tenetur ad onera, et ad releuium, non verò ad vitam militiam, et paragium, et nu.* 13.

14 *In feudo obuento filio aliter, quàm per refutationem nullatenus pater ſuccedit.*

15 *Non ſolùm pater, ſed auus, et alij aſcēdentes refutantes ſuccedunt refutatario decedenti ſine deſcendentibus.*

ARGVMENTVM.

De ſucceſsione lineæ aſcendentis in feudis.

CONCLVS. XXIV.

1 AN aſcendentes ſuccedant deſcendentibus in feudis recurrendū eſt ad ius comune feudorum, nam per conſtitutiones Regni non eſt vocata linea aſcendens, vt textatur *Cumias in cap. ſi*

Digitized by Google

aliquem de ſucceſſ. feudi in rubrica nu. 50. *vbi num.* 70. *concludit*, quòd linea aſcẽdens eſt prorſus excluſa exceptis quibuſdam caſibus,& hinc dixit *Iſern. in cap.* 1. *col.* 2. *ibi in* Regno Sicilie *de nat. ſucceß. feudi.* quòd in ſucceſſione feudorum primum locum obtinet licet deſcendens,ſecundus linea collateralis, & tertium linea aſcendens licet de iure comuni Romano linea abſcendens obtineat ſecundum locum.

2 Quapropter dixerunt Doctores Regni, quòd fenda deſcendunt non aſcẽdunt,& quòd ſucceſſio in feudis habet oculos infra, & ante, non retro, *Præſ. de Franch. deciſ.* 3. *num.* 10. *Georg. allegat.* 17. *nu.* 8. vbi tradit, quòd per con-
3 ſtitutiones Regni eſt dilucidatum ius ſucceſſionis in feudis, dum Legislator in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus fecit duas lineas v3. deſcẽdentẽ,& collateralem excluſo cõmuni parente, & cùm in conſtitut. nihil dictum ſit de linea aſcendenti, quia cõſtitutio noluit, pro omiſſo habetur, nam Regni conſtitutiones ſunt ſtricti iuris, & in eis nõ proceditur ad ſimilia, vel ad conſequentia *l. quod vero ff. de legibus*, & propterea omiſſum in eis pro omiſſo habetur *Camill. de Medic. conſil.* 8. *in principio.*

4 De iure ergò feudorum in feudo nouo aſcendens non ſuccedit deſcendenti *cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feudi vbi Iſern. num.* 3. *& Præpoſitus col.* 2. *verſic. ſubſequente Ardizon in ſumma in titul. de ſucceſſion. feud.* 2. *columna verſic. aſcendentes. Hart. Piſtor. queſit. feud.* 19. *num.* 9. *Zaſ. de fend. par.* 8. *nu.* 2. *& de Franch. deciſ.* 3. *num.* 2. Quod
5 limitatur dupliciter, primò ſi pater renunciaſſet feudum in manibus Domini cum pacto, quòd filium inueſtiat, vt pater filio ſuccedere poſſit, ſicuti *Curtius de feudis par.* 3 *ſecundæ partis prin-*
6 *cipalis verſic. expedito num.* 43. Secundo ſi filius eſſet inueſtitus propter ſertia patris, & illius contemplatione *m Curtius in loco allegato nu.* 44.

7 In feudo verò antiquo aſcendentes ſiuè per lineam rectam, ſiuè per lineã tranſuerſalem eodem iure communi feudorum attento deſcendenti ſuccedunt *cap.* 1. *de eo qui finem fecit agnato Iſern. in conſtitut. ſi quando Curt. in loco allegato num.* 45. *Affict. in conſtitut. foriudicatorum bona num.* 9. cum alijs adductis per *Franch. deciſ.* 3. *num.* 2. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 8. *in rubr. n.* 23.

8 Concludimus ergò, quòd in Regno hodie aſcẽdens ſuccedit deſcẽdenti in feudo antiquo,& in paterno nõ in nouo per ius comune feudorum, cùm in hoc nihil per iura Regni ſtatutum ſit, & propterea aſcendens ſuccedit in feudo refutato refutatario decedenti ſine deſcendentibus, tàm ſi feudum eſſet antiquum, quàm ſi eſſet nouum in perſona ipſius refutantis, nam reſpectu filij, cui ſucceditur eſt paternum non nouum, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. *in rubr. nu.* 27.

9 Et in hoc caſu refutans præfertur fratribus defuncti refutatarij vti iudicatum in Sac. Conſ. refert *Ioan: Vinc. de Anna de Vaſſallo decrepitæ ætatis num.* 365. Et aliam deciſionem referunt *de Franch. deciſ.* 591. *& Georg. allegat.* 17. *in fine.*

10 Verum eſt, qnòd de iure communi feudorum ſe feudum eſſet refutatum à patre filio immediatè ſucceſſuro, omninò, vel vt de nouo feudo inueſtiretur, mortuo refutatario ſine deſcendentibus, pater non ſuccederet, ex quo feudum eſſet effectum nouum, *Iſern. in cap.* 1. *de natura ſucceß. feud. num.* 8.

11 Quod hodie ceſſat in Regno vigore gratiæ anni 1558. *in cap.* 6. *fol.* 161. *in volum. gratiar. & priuileg. reaſſumptæ in pragmat.* 14. *et* 15. *de feudis.* Cuius gratiæ vigore feuda refutata immediatè ſucceſſuro ſemper retinent naturam feudi antiqui, vt teſtatur *Reg. de Ponte loco alleg. nu.* 37.

12 Et quando pater ſuccedit filio in feudo refutato, quoniam hęc ſucceſſio fit iure ſucceſſionis, non reuerſio-

Digitized by Google

ſionis , vt aliàs diximus ex *deciſ. de Franch.* 3. pater ſuccedens tenetur non ſolũ ſoluere feleuium, vt in *dicta deciſ.* 3, *et* 591. *Præſ. de Franch.* ſed etiam tenetur ſoluere debita contracta per
13 filium, nam ſuccedit vt hæres, ſed non tenetur ad vitam militiam , & paragiũ alijs fratribus , & ſororibus defuncti , *idem Reg. de Ponte loco allegato nu.* 41.
14 *cum ſequent.* In feudo verò obuento filio aliunde quàm per refutationem nullatenus pater ſuccedit, nam licet tale feudum poſſit eſſe antiquum reſpectu filij, tamen cùm hæc ſucceſſio lineę aſcendentis reguletur ſecundùm ius comune feudorum , quo attento ſucceſſor debet eſſe de deſcendentibus primi acquirentis *cap.* 1. §. *his autem deficientibus de ſucceſſione fratrum cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feud. Reg. Rodit. deciſ* 94. *num.* 11. *et* 36. ſequitur quòd omninò pater excludatur.
15 Ea quæ diximus de refutatione facta à patre intelliguntur etiam de refutatione facta ab auo, & alijs aſcendentibus, qui ſuccedunt deſcendenti refutatario, *Reg. de Ponte in in loco allegato num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Frater de iure communi feudorum ſuccedit fratri in feudis à comuni parente peruentis , ſed frater ex vno latere tantùm non ſuccedit alteri fratri niſi coniunctus ex latere vnde feudum peruerit.*
2 *Fratre ex vno tantùm latere coniunctus ſuccedit in Regno alteri fratri , nedum in feudo antiquo , ſed etiam nouo, et nu.* 3.
4 *Frater fratri ſuccedit in Regno etiam in feudo nouo per cap. conſiderantes , non obſtante quòd in inueſtituras adeſſet clauſula pro hæredibus ex corpore.*
5 *In Regno non opus eſt quòd ſucceſſor ſit de deſcendentibus primi acquirentis , ſed ſufficit quòd ſit hæres vltimi morientis.*
6 *Clauſula pro hæredibus ex corpore , non eſt ſolita in Regno, et ideo non præſumitur.*
7 *Frater fratri ſuccedit in Regno vigore gratiæ , eſto quòd feuda non ſint empta à Regia Curia .*
8 *Feuda antiqua in quod differant à paternis.*

ARGVMENTVM.

De ſucceſsione fratrum in feudis.

CONCLVS. XXV.

1 DE iure comuni feudorum frater fratri ſuccedit in feudis à comuni parente peruẽtis , ſed frater ex vno latere tantùm non ſuccedit nec in feudo nouo, nec nec in antiquo , niſi ſit coniunctus ex latere vnde feudum peruenit, *Afflict. in cap.* 1. *col.* 8. *verſ. ſed ſi eſſet frater de grad. ſucceſſ. in feudis Fab. de Anna conſil.* 125. *lib.* 2. *Reg. de Ponte de poteſt. Prorog. tit.* 9. §. 1. *num.* 4.
2 In Regno per conſtitutionem vt de ſucceſſionibus frater ex vno latere tantum ſiuè vterinus , ſiuè conſanguineus ſuccedit fratri, quod eſt indubitatum in Regno , & ſic vterinus ſuccedit vterino in feudo paterno , & conſanguineus cõſanguineo in feudo materno , *idem Reg. de Ponte loco allegato num.* 6. *Loffred. conſil.* 38. *num.* 8. *poſt Bald. in conſil.* 110. *Sanctiſſima , et Sereniſſima Regina inter conſilia Angeli .*
3 Et procedit diſpoſitio dictæ *Conſtitutionis* nedum in feudis antiquis, vt reſtrinxit *Iſern. in dicta conſtitut. in ver-*

versic. fratres, et in constitut. si quando aliquem, dicens sic fuisse iudicatum tẽpore Caroli Secundi, & Iserniam sequutus est *Loffred. dicto consil.* 38. sed etiam in feudis nouis, vt colligitur *ex Glosa in dicta constitut. versic. ex altero tantùm in fine*, & tenet *afflict. ibidem in 3. notabili num.* 14. quod probatur etiam ex generalitate dictæ constitutionis vbi vocantur fratres sine distinctione de qualitate feudi sicuti fit distinctio quando vocautur filij fratrum, qui succedunt in antiquo tantùm, *idem Afflict. in constit. foriudicatorum bona num. 9. versic. an pater* ex mente *Isern. in cap. 1. de nat succeß. feud.*

Et est verior, & comunior opinio in Regno, vt testatur *Reg. de Ponte in tit. de succeß. mulierum* §. 1. *num.* 6. vbi bretiter de hac quæstione per conclusiones tractauit, & super eadem quæstione longam disputationem eddidit *Camerar. in responso impresso post repetit. Cannetij in capit. si aliquem folio 363.*

4 Sed dubitari contingit si in inuestitura adesset calausula pro hæredibus ex corpore vtrum frater conjunctus ex alio latere, & sic non descendẽs primi acquirentis succedat.

Hæc quæstio est indubitata hodie in Regno nedum in feudis antiquis stante declaratione Caroli Secundi *in cap. considerantes*, cuius capituli vigore non opus est quòd successor sit de-
5 scendens primi acquirentis, sed sufficit quòd sit hæres vltimi morientis, *Affl. decis. 293. Reg. de Ponte in tit. de succeß.*
6 *mulierum num.* 14. §. 1. tantò magis quod in Regno hæc clausula pro hæredibus ex corpore non præsumitur, *vt idem de Ponte. tit. 9. §. 1. n. 13.* vbi alios allegat.

Sed etiam in feudis nouis frater ex vno latere fratri succedit vigore gratię anni 1570. *fol. 168. in vol. priuileg. trãsumptæ in pragmat. 22. de feudis*, quæ gratia licet procedat in feudis emptis à Regia Curia tantùm, tamen in anno 1580. fuit concessa simpliciter in omnibus feudis etiam quòd non fuissent empta à Regia Curia, *vt in pragm. 24. de feudis.*

8 Et feuda antiqua illa propriè sunt quæ ab ascendentibus vltra quartum gradum proueniunt *cap. 1. §. hoc quoq; de succeß. feud.* sed propriè illa dicuntur paterna, quæ ab ascendentibus à quarto gradu, & infra sunt quesita, *vt in dicto §. hoc quoque*, quam distinctionem sequitur *Reg. Rouit. decis. 94. num. 10. post Capyc. in inuestitura verbo feudorum genera vers. feudum antiquum, & paternum fol. 210.*

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio alienationis feudi venditi, & etiam traditi competit venditori, & emptori, & nu 2.*
3 *Reuocatio non suffragatur quãdo fiscus petijt declarationem caducitatis, & super hoc lis fuerit contestata.*
4 *Reuocatio competit etiam haredibus cõtrahentium.*
5 *Reuocatio potest fieri etiam conditionalis.*
6 *Reuocatio reuocationis ante impetratũ assensum non conualidat primum contractum.*
7 *Assensus in dubio præsumitur præcessisse contractum.*
8 *Reuocatio non competit in alienatione necessaria.*
9 *Reuocationes allenationis feudorum debent fieri in scriptis, & partibus notificari.*
10 *Reuocatione sequuta emptor restituit feudum cum fructibus, & venditor pretium cum interesse.*
11 *Inter fructus connumerantur adiutoria, dona, & similia, quæ præstantur Baroni vti Baroni, & officium, non personam respiciunt.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De reuocatione alienationis feudi vigore cõſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ.

CONCLVS. XXVI.

1 REuocatio cõpetit venditori etiã feudi traditi nõ obtẽto aſſenſu Regio vigore *conſtit. conſtitutionẽ diuæ memoriæ* abſque Iudicis miniſterio, ſed iure, & authoritate propria à dicta conſtitutione conceſſa, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. prima authoritate in cap. exordiente à* Regnicolis, vbi querit vtrum hoc priuilegium ſicut cõpetit venditori, competat etiam emptori, & decidit negatiuè *num.* 20. & eum ſequutus eſt *Io: Vinc. de Anna in d. conſtit. nu.* 154.

2 Sed verior eſt opinio affirmatiua, vt poſſit etiam emptor reuocare, *Capyc. deciſ.* 100. Reg. *de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul. de aſſenſu* Regio *ſuper dote* §. 1. *num.* 31. *et* 32. *et in tit. de refutationibus feudorum* §. 11. *nu.* 11. *fol.* 441. *Gizzarell. deciſ.* 2. *nu.* 12.

3 Sed ſi ante factam reuocationem fiſcus petierit declarari feudum amiſſum vigore iuris comunis feudorum *toto titulo de probibita alienatione per Frideric. et per Lotbar.* & proceſſum ſit ad litis conteſtationem ante reuocationem, tunc reuocatio non opitulatur quominus feudum amittatur, vt Reg. *de Ponte in ſupracitato tit. de refutat. feud.* §. 7. *num.* 3. *fol.* 415. vbi limitat etiam, quòd eſſet facta alienatio feudi tanquam de re allodiali, nam facta litis conteſtatione, reuocatio non ſuffragatur, & amittitur feudum, *Frecc. in dau-*

thoritate prima in cap. exordiene pluribus autem modis num. 3. *poſt Iſern. in c.* 1. §. *poſt refutationem col. penul. verſ. ſed quid dicitur de vaſſallo, qui contra conſtit. Lotharij*, quem ſequitur *Camill. de Medic. conſ.* 2. *n.* 82.

4 Hæc reuocatio competit ne dum contrahentibus, ſed etiam eorum hæredibus, per *tex. in l. baredem ff. de reg. iuris, vt Reg. de Ponte in locis allegatis.*

5 Et poteſt fieri reuocatio nedum pura, ſed conditionalis, *Reg. Lanar. conſil.* 73. *nu.* 8. *vbi num.* 14. firmat quod licet detur reuocatio reuocationis ante aſſenſum, ſi poſtea ſequatur aſſenſus non

6 cõualidatur primus cõtractus ex deciſ. S.C. apud *Frecc. in limitat.* 28. *ex Capyc. dec.* 110. *n.* 5. illa ratione quoniam aſſenſus non reperit materiam præexiſtentem, quam confirmare poſſit.

7 Quid ſi ſimus in dubio an præceſſerit contractus, vel aſſenſus, veritas eſt, quòd præſumitur præceſſiſſe aſſensum nam eſt benignior interpetratio, vt actus magis valeat, quàm pereat, *l. quoties ff. de rebus dubijs*, & ſemper præſumitur præceſſiſſe id, quod eſt præambulum ad alterum *ex doctrina Baldi in l. cùm in teſtamento* §. *hac verba ff. de hæredibus inſtituendis*, vnde cùm à cõmunitet accidentibus aſſenſus expediri ſoleat ante contractum, debet præſumi aſſenſus prius expeditus ex cumulatis per *Præſ. de Franch. deciſ.* 649. *nu.* 9. & 10.

8 Huiuſmodi reuocatio non vendicat ſibi locum in venditione neceſſaria, quæ fit ſubhaſta, *idem Reg. de Ponte tit. de aſſenſu Regio ſuper dote* §. 1. *n.* 15. & neceſſaria vẽditio illa eſt, quæ fit inuito debitore, aliàs. n. ſi eo conſentiente fieret vẽditio ſubhaſta, tunc dicetur voluntaria, & habebit locũ reuocatio, *Reg. Rouit. conſil.* 69. *n.* 8. & 9. *lib.* 2.

9 Debent etiam hæ reuocationes fieri in ſcriptis, vt refert *doctiſſimus Conſ. Theodorus in allegat.* 96. *num.* 21, & debent notificari parti intereſſe habẽti, & ex tunc robur accipiunt alias interim non officiunt, vt habetur *in pragmat.*

mat.11.de officio Iudicum §.75.

10 Reuocatione igitur ſequuta, quæ fit paſsim etiam quod fuerit mediante iuramento promiſſa obſeruantia contractus, vt *in dicta conſtitut.conſtitut. diuæ memoriæ*, fit reſtitutio feudi vnà cum fructibus perceptis ab emptore, & reſtitutio prætij cum intereſſe à venditore, *vt Reg.de Pont.con.72.num.73. 1.volum.& de poteſt.Proreg. tit.6.§.2. in principio*, quem ſequitur *ſapientiſſimus Reg.Tappia deciſ.S.C.8 num.9. & 10. vbi allegat Præſ.de Franch.dec.64. nu.11.* Sed quid ſtante mala fide contrahentium videatur, *Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.6.§.2.*

11 Sed vtrum inter fructus connumerentur adiutoria, dona, & ſimilia. Ego puto computãda eſſe, & propterea reſtituenda, nam præſtantur Baroni vti Baroni, & officium non perſonam reſpiciunt *per tex.in l.ſi verò §. quid ff. ſoluto matrimonio.* Cuiuſmodi ſunt dona ſolita dari in Natiuitate Domini.

Sicuti ea, quæ perſonam reſpiciunt, non ſunt reſtituenda, vt puta dona non ſolita dari, de quo adeſt ſolemne *conſil. Oldrad.129.* in quo conſuluit, quòd in locatione fructuum Archidiaconatus non veniunt dona, quæ fiunt Archidiacono locatori in ſuo aduentu ad Diæceſim, & *Oldrad.* ſequitur *Bald. & Paul de Caſtr. in l.diuortio §.quod in anno ff ſolut.matrimon.* Nam ea, quæ non ſunt vniformia, & ſolita, & certum modum non habent, & ſic ſub incerto ſunt, minimè repeti poſſunt, *Iacobin. in l. ſi proprietate ff.de iure dotium in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Grauari poteſt feudum hæreditarium per teſtatorem vſque ad integrum valorem feudi.*

2 *Grauari poteſt feudum hæreditarium, inſtituto filio vſq. ad valorem feudi, deducta legitima.*

3 *Grauari licet poſſit feudum hęreditariũ, inſtituto extraneo vſq. ad integrum valorem feudi. De equitate tamen ſemper datur aliquid inſtituto Iudicis arbitrio, ne inſtitutio ſit eluſoria.*

ARGVMENTVM.

Feudum hæreditarium in qua ſumma,& quãtitate poſsit grauari per teſtatorem.

CONCLVS. XXVII.

1 FEudum hæreditarium poſſe grauari per teſtatorem ſine aſſenſu vſq; ad integrum valorem feudi comuni omnium feudiſtarum ore circunfertur, quia hoc grauamen non tangit feudum, ſed feudatarium, vt teſtatur *Loffred.conſ.46. poſt nu.17.* & ideo tenetur habere ratum factum defuncti vulgata *l. cum à matre C. de reiuendicat. Reg.de Curte in diuerſor.p. 1.cap.multoties concedens f.54.& 100.* dixi hæreditarium, nam feudum ex pacto, & prouidentia non poteſt grauari, *Reg. de Curte loco alleg.nu.65.*

Prædicta non procedunt ſimpliciter, ſed cum diſtinctione, quòd ſi ſumus in filio inſtituto, vel alio cui debetur legitima grauabitur vſque ad integrum valorem deducta legitima, *Præſ. de Franch. dec.1.num.39.in fine*, quæ legitima erit tertia pars valoris feudi, *Camerar. in l. Imperialem §. præterea Ducatus fol.104.lit.R.*

3 Sin verò ſimus in extraneo, cui legitima non debetur, verior, & æquior opinio eſt, quòd ne inſtitutio ſit eluſoria detur ei aliquid Iudicis arbitrio. Hanc quæſtionem pertractat *Reg. de Curte in loco ſuperiùs allegato*, & relatis rationibus hinc inde concludit in fine capi-

Digitized by Google

capituli his verbis v3. *Quòd maiores noſtri nunquam admiſerunt talem diſpoſitionem, per quam ex grauamine totum feudum exinaniretur*, ſubdens; *Voluerunt quippe, quòd non inutilis, ac fruſtatoria ſit diſpoſitio vocati ad ſucceſſionem feudalium.*

Hoc idem colligitur *ex Frãciſco de Amicis in ſua repetit. feudali in cap. incipiente, ſed hic pulchrum eſt fol.* 55.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio competit Vniuerſitatibus Terrarum quando venduntur ita vt admittantur ad demanium.*
2 *Prælatio competit Vniuerſitatibus Terrarum ad demanium intra annum, quem terminum Iudex ex cauſa abbreuiare poteſt.*
3 *Prælatio non competit Vniuerſitatibus ad demanium elapſo anno, à die captæ poſſeſſionis per emptorem, nec per viam reſtitutionis in integrum.*
4 *Vniuerſitas ſemel admiſſa ad demaniũ, non poterit iterum vendi, niſi de plenitudine poteſtatis.*
5 *Prælatio competit Vniuerſitatibus in venditione, non in permutatione.*
6 *Prælatio competit, non ſolùm quando venditur tota Terra, ſed etiam quãdo venduntur corpora particularia.*
7 *Prælatio competit Baroni habenti iuriſdictionem criminalem, quando venditur iuriſdictio ciuilis, & è contra, quo caſu præferuntur Vniuerſitatibus.*
8 *Prælatio competit etiam Vniuerſitatibus, quando de eis fieret locatio, vel in totum, vel de corporibus particularibus.*
9 *In prouocatione ad demanium quoniã agitur de libertate minor pars ciuiũ præfertur maiori, dummodo in ſe ſuſcipiant omne onus, & num.* 10. *ſed contra nu.* 11.
12 *Prælationes Vniuerſitatum ad demanium agitantur in Regia Camera Summaria.*

ARGVMENTVM.

De prælatione Vniuerſitatum ad demanium quando venduntur.

CONCLVS. XXVIII.

1 IN rationabili conſuetudine inductum eſt in Regno, vt Vniuerſitates Terrarum omnibus præferãtur quãdo Dominus eas vendit, vt pro eodem pretio ſeipſas redimere poſſint, vt teſtatur *Præſ. de Franch. dec.* 17. *et Conſil. Georg. allegat.* 7. *in principio per tex. in l. ſi Titius puerum ff. de obſequ. à libert. patron. præſtand.* & ſic paſſim iudicatur, & iudicatum fuit.

2 Competit hæc prælatio intra annũ, vt *in d. deciſ.* 17. *de Franch.* Verum eſt tamen, quòd ex iuſta cauſa poterit Iudex abbreuiare hunc anni terminum, & ſic refert iudicatum Reg. *de Curte in* Reg. *Cam. in* 1. *par. ſui diuerſor. feudal. in cap. licet autem num.* 56. & 62. vbi de hac prælatione latè ſcripſit.

3 Quo anno elapſo, quod computatur à die captæ poſſeſſionis, Vniuerſitates non admittuntur amplius ad demaniũ, neque per viam reſtitutionis in integrum, vt habetur *in pragmat.* 63. *de officio Procurat. Cæſar. n.* 5. & *de Franch. in d. deciſ.* 17. *nu.* 17.

4 Et quando Vniuerſitas fuit admiſſa ſemel ad hunc demanium iterum vendi non poteſt niſi ſuperueniat vrgens neceſſitas bellorum, tunc enim Rex vtendo plenitudine poteſtatis, poteſt reuocare priuilegia, etiam habentia vim contractus *Capyc. deciſ.* 166. *Anna allegat.* 50. Reg. *de Ponte conſil.* 70. *in princip.* 1. *vol.*

5 Competit huiuſmodi prælatio in venditione tantùm *c.* 1. 5. *Titius filios ſi de*

Digitized by Google

ſi de feudo defuncti militis, quod comprobat *Conſil. Georg. in ſupracitata allegat.* 7. pro Principe Abbellini contra Vniuerſitatem Atripaldæ permutatæ, & non venditæ; quapropter ei fuit denegata prælatio *per* R. C. *vt idē Georg. refert.*

6 Competit etiam hæc prælatio non ſolùm quando venditur tota Terra, ſed etiam ſi vendantur particularia corpora, vtputa ſecundæ cauſæ, iura ponderum, & menſurarum, & id genus *de Franch. d. deciſ.* 17. *num.* 3. & licet in cauſa Terræ Roccæ Aſpidis cum Comite illius fuiſſet excluſa Vniuerſitas à Comite iſq. prælatus in emptione ſecundarum cauſarum; Proceſſit hoc ex cauſa, quoniam erat elapſus annus, infra quem debuerat Vniuerſitas prouocare ad demanium *vt idem de Franch. num.* 19. 20. & 21. Nec reſtitutio in integrum fuit conceſſa Vniuerſitati in illo caſu, licet non eſſet adhuc promulgata pragmatica ſupradicta ob cauſas particulares in dicta deciſ. diſcuſſas.

De cætero enim fuit habitum pro vero in S. C. quòd Vniuerſitatibus cōpetit prælatio tàm quando venditur tota Terra, quam ſi vendantur corpora particularia, quod hodie eſt communiter receptum, vt in corporibus particularibus etiam detur prælatio, etiam conurrente Barone, & ſic fuiſſe decisum *refert Anna de Raſſal. decrep. ætat. num.* 133. *qui in fin. ſui.* 150. 7 refert aliam deciſionem in alio caſu quando venditur iuriſdictio criminalis, vt in ea Baro iuriſdictionis ciuilis omnibus præferatur, ratione vnionis, *Reg. de Curte in diuerſorio cap. licet autem nu. 67. & 68 fol.* 10. *& de Franch. dicta deciſ.* 17. *num.* 14. qua ratione vnionis attenta idem eſt dicendum in habēte iuriſdictionem criminalem, quando venditur iuriſd. ciuilis.

8 Competit etiam hæc prælatio in affictu fructuum, & prouentuum alicuius Terræ, *Reg. Rouit. in d. pragmat.* 64. *de offic. Procurat. Caſ. num.* 31. vbi refert deciſionē S. C. in cauſa Terræ Acquauiuæ cum Duce Adriæ.

9 In prouocatione ad demaniū quoniam agitur de cauſa libertatis non procedit tex. *in l. quod maior ff. ad municipalem*, & ſic ſi maior pars Vniuerſitatis contradiceret, & minor pars imo vnus ſolus voluerit demanium, hæc minor pars obtinere debet, *Io: Faber in §. nec Dominus inſtit. de noxalib. actionib. Raſ. in l. iuris gentium §. hodie tamē num.* 8. *limitat.* 13. *ff. de pactis Io: Vinc. de Anna allegat.* 27. *num.* 19. *Regens Rouit. in dicta pragmat.* 64. *de offic. procurat. Caſ. & Camill. de Medicis conſil.* 164. *num.* 13.

10 Et hoc caſu iſti particulares prouocantes ad demanium alijs contradicentibus, vel non petentibus, omne onus in ſe ſuſcipere debent, *vti Reg. de Curte in diuerſor. cap. licet autem num.* 70. *fol.* 10. *à terg.*

11 Et quia experientia docuit, quòd multoties expedit Vniuerſitatibus eſſe in demanio, multoties expedit pati ſe venundari pro debitorum exoneratione, nō poſſunt applicari termini libertatis.

Et ſic vidimus denegatam prælationem ſuper quibuſdam particularibus corporibus Terræ Seminariæ, ex quo illi non expediebat licet tota Vniuerſitas inſtetiſſet, *vt de Franch. in dicta deciſ.* 17. *num.* 21.

Pari ratione vidimus admiſſos particulares ciues ad inſtandum pro venditione Terræ Molæ Prouinciæ Hydruntinæ pro exoneratione debitorū, vt refert *eruditiſſimus Thorus in compendio deciſ. par.* 1. *in verbo Vniuerſitas an debeat audiri fol.* 581.

12 Huiuſmodi cauſæ prælationis agitantur in Regia Camera, conſentiente, coadiuuante, & defendente fiſco, cuius intereſt, vt Vniuerſitates ſint potius demaniales, quàm Baronales, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 4. §. 1. *nu.* 4. *fol.* 478. *per pragmat.* 63. *num.* 3. *de offic. Procurat. Caſ. quæ in hoc corrigit pragmat. præcedentem* 62. *nu.* 9.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Proreges non poterant aſſentiri alienationibus Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, ſeù cuiſlibet alij feudi magni momenti, quod eis poſtea fuit conceſſum, exceptis feudis tituli dignitate decoratis, & nu. 2.*

3 *Feudum tituli dignitate decoratum tunc conſtituitur quando Terra erigitur in dignitatem, & titulus conceditur ipſi terræ, quod ſecus eſt in feudis titulatis, in quibus dignitas conceditur perſonæ.*

4 *In feudis tituli dignitate decoratis titulus eſt annexus inſeparabiliter.*

5 *Proreges non poſſunt aſſentiri alienationibus feudorum tituli, dignitate decoratorum eſto quod vēdatur Terra reſeruato titulo.*

6 *Proreges hodie non poſſunt aſſentiri vēditionibus feudorum titulatorum, & magni momenti, ſed tantùm obligationibus. Dummodo quando procedit ad venditionem, adhibeatur aſſēſus Regis immediatè, & nu. 7.*

8 *Feuda magni momēti dicuntur illa, quæ excedunt redditum ducatorū mille.*

9 *Reaſſumptio totius concluſionis.*

ARGVMENTVM.

De aſſenſu in alienatione feudi, tituli dignitate decorati, feudi titulati, & feudi magni momenti.

CONCLVS. XXIX.

1 LIcet *in prag. 4. de feud. vulgariter detta delli noue capi promulgata in anno* 1531. ſit inter cętera prohibitū, ne Proreges aſſentiant, ſuumq; aſſenſum præſtent alienationibus Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronię, ſeù cuiuſuis alij feudi magni momenti. Tamen *in anno* 1560. ad ſupplicationem Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis in generali parlamento fuit
2 conceſſa poteſtas Proregibus aſſentiēdi venditionibus, obligationibus, permutationibus, hypotecis, & alijs alienationibus faciēdis de, & ſuper quibuſcunque Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, locis, alijſq; bonis feudalibus, tàm titulatis, quàm magni momenti exceptis feudis tituli dignita te decoratis, *vt in prag. 16. de feud.*

3 Et feuda titulata, à feudis tituli dignitate decoratis eo differunt nam cōceſſio Titulatorum fit ſub ordinaria, & comuni forma contemplata tantùm perſona cōceſſionarij, & nō Ciuitate, ſeù Terra, quæ cōceditur; decorata verò titulo fiunt quādo Terra erigitur in Principatū, Ducatū etc. & ſic titulus, & dignitas rei conceditur, & rei ineſt, *Sic Frece. diſtinguit in tract. de ſubfeud. in tit. quis dicatur Comes, nu. 47. & Reg. de Pont. in conſ. 1. num. 60. par. 1.*

Hinc eſt quod in feudis tituli dignitate decoratis titulus eſt annexus inſe-
4 parabiliter, ita vt ad quoſcunq; tranſit Terra, tranſeat & titulus, ſed in feudis ſimpliciter titulatis ſi fiat alienatio ſimpliciter nō tranſit titulus niſi exprimatur; vnde iure merito regali dignitati viſum fuit rem tanti ponderis ſibi reſeruare.

5 Et propterea ſi vēderetur Terra titulo decorata reſeruato tititulo Proreges non poſſunt aſſentiri, ſic *Reg. de Ponte in allegato conſ. 1. num. 77.*

6 Poſt prædictam *pragm. 16, de feudis* fuit ordinatum per Reg. Maieſt. quòd Proreges non poſſent aſſentiri vēditouibus, & obligationibus feudorū titulatorum, & magni momenti, vt habetur in *prag. 17. de feudis*, & ſic eſt reuocata in hoc *prag. 16.* cuius vigore poterant Proreges aſſentiri venditionibus feudorū titulatorū, & magni momēti.

7 Et cùm fuiſſet de nouo ſupplicatum

Digitized by Google

vt Proregibus concederetur poteſtas aſſentiendi vẽditionibus, & alienationibus feudorum titulatorum, & magni momenti fuit tantùm conceſſum, quòd poſſent Proreges aſſentiri obligationinibus, & hypotecis dictorum feudorũ, dummodò non poſſit deueniri ad venditionẽ dictorum feudorũ vigore obligationũ ſine aſſenſu Regio immediatè, prout *R. Rouit, probat conſ. 31. nu. 14. 1. vol. hæc habentur in prag. 25. de feudis.*

8 Et feuda magni momenti illa dicũtur, quæ excedunt redditum mille ducatorum, *Conſil. Georg. allegat. 6. num. 16. ex pragm. 16. de feudis.*

9 Et ſic reabſumendo concludimus, quòd in feudis tituli dignitate decoratis ſiue agatur de alienatione, ſiue de obligatione requiritur aſſenſus Regis directè, & immediatè, in feudis verò titulatis, & magni momenti in alienatione requiritur aſſenſus Regis ſimiliter immediatè, in obligatione verò ſufficit aſſenſus Proregis dummodo ſi poſteà peruenitur ad venditionem impetretur aſſenſus à Rege.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dicuntur inteſtabilia, & ideo teſtamentũ in feudis nullius roboris eſt.*
2 *Feuda deferuntur iure ſucceſſorio, non iure hæreditario.*
3 *Teſtamentum in feudis tunc validum eſt, quando diſpoſitio teſtatoris eſt cõformis tenori inueſtiturę.*
4 *Proximè immediatè ſucceſſuro inſtituto in feudis competit remedium l. final. C. de edicto Diui etc. & ſic feuda veniunt in petitione hæreditatis, & nu. 5.*
6 *Subſtitutio in feudis innalida eſt, etiam quòd ſubſtitueretur ille, qui eſt immediatè ſucceſſor hæredis.*
7 *Teſtamentum in feudis tunc valet ſine aſſenſu, quando reſtringitur ſucceſſio, puta excludendo fœminas.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum an ſit validum in feudis ſine aſſenſu.

CONCLVS. XXX.

1 TEſtamentum, in quo diſponitur de bonis feudalibus ſine aſſenſu nullum eſt cũ feuda non veniant in ordinatione teſtatoris, nã lex feudalis iure ſucceſſiuo in eis ordinauit ſucceſſionẽ quam corrigere nequit teſtator, & ideo feuda dicũtur inteſtabilia per *tex. in cap. 1. de ſucceſſ. feudi* ibi nulla diſpoſitione teſtatoris manente vel valente. Quando tamen inſtituitur, qui non eſt immediatè ſucceſſurus, & ſic penitus extraneus *Iſern. in d cap. 1. num. 15.*

2 Hinc dicimus feudum ſpectare iure ſucceſſorio, nõ hęreditario, *ex Baldo in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* vnde ſucceſſor vendicat feudũ ex perſona propria (loquendo in feudo hæreditario) non verò ex perſona morientis, & per mortem vltimi fingitur apertum feudum domino, & retroceſſum ſucceſſori, *Iſer. in l. Imperialem §. præterea Ducatus n. 38. in fin. & ibidem Camerar. fol. 95. 3. et 4. col. lit. P. & Q. de probib feud. alienat. per Fred.*

3 Teſtamentum igitur in feudis nihil operatur niſi fieret ſecundùm tenorem inueſtituræ, & ſecũdùm leges Regni, tunc enim ex quo diſpoſitio hominis eſt conformis diſpoſitioni legis poſſumus dicere, quòd effectiuè teſtamẽtum in feudis vendicat ſibi locum, vt puta ſi inſtitueretur proximè immediatè ſucceſſurus, is enim vigore edicti *l. final. C. de edicto Diui Adriani*, immitteetur in poſſeſſionem feudi, prout

4 *Affict.*

Digitized by Google

feudi, prout *Affict. deciſ.* 119. *& Conſil. Georg. in allegat.* 12. *num.* 28. *& in lecturis feudalibus cap.* 48. *num.* 14. vbi optimè, & ſubtiliter more ſuo pertractat articulum cum aliquibus limitationibus; de qua immiſſione vigore d. l. fin. *videatur Reg. Tappia in eius prima deciſ. S.C.*

5 Quo caſu vendicat ſibi locum illud vulgatum in feudis, quòd feuda hæreditaria veniunt in petitione hæreditatis ſecundùm *Iſern. in cap.* 1. *qui ſucceſſores teneantur, & in cap.* 1. *de alienat. feud. patern.* & ideo imputabuntur in legitimam *Bald. & Salycetus in l. omnimodo §. imputari ff. de inoffic. teſt.*

6 Secùs ſi in teſtamento fieret ſubſtitutio etiam de perſona, quæ gradatim & ſucceſſiuè veniret poſt hæredem, talis ſubſtitutio non valeret ſine aſſenſu immediatè Regis per *pragmatic.* 4. *de feudis vulgariter dictam delli noue capi*, prout *Reg. Rouitus in dicta pragmatica num.* 8. quidquid dixerit *Conſiliar. de Anna conſil.* 39. *num.* 50. qui defendit valere ſubſtitutionem nam loquitur forſan circumſcripta dicta pragmatica

7 Quando verò in teſtamento fieret diſpoſitio reſtrictiua ſucceſſionis, puta excludendo fœminas, quia hoc tendit in vtilitatem domini valet teſtamentum ſine aſſenſu ex probatis per *Reg. Lanar. conſil.* 8. *& diximus in concl.* 7.

SVMMARIVM.

2 *Præſcriptiones feudorum ſunt ſublatæ in Regno pro præſcribendo dominio, ſed non pro præſumenda inueſtitura vigore capit. ſi quis per* 30. *ſi de feudo defuncti militis.*

2 *Præſcribere cupiens vigore capit. ſi quis per* 30. *debet allegare inueſtiturã, & probare præſtationem ſeruitij per* 30. *annos, & ſic allegare titulum, & probare poſſeſſionem.*

3 *Præſumpta inueſtitura capit. ſi quis per triginta, ſtante abſentia Sereniſſimorum Regum, non procedit in Regno.*

4 *Inueſtituræ feudorum adnotantur in libris Regiæ Camerę Summariæ, & ſi non reperiuntur notata ceſſat qualibet præſumptio.*

5 *Præſcriptiones feudorum non procedunt in Regno ſtante diſpoſitione l. Imperialem de prohibita per Fred. ſed tantùm viget præſcriptio centenaria contra fiſcum per Conſt. Conſuetudinem prauam.*

6 *Burgenſatica deſcripta vt feudalia per centenariam efficiuntur feudalia.*

ARGVMENTVM.

Præſcriptiones an vendicent ſibi locum in feudis.

CONCLVS. XXXI.

1 PRæſumpta inueſtitura benè tuetur is, qui per triginta annos rẽ aliquam vti feudum poſſedit prẽſtãdo ſeruitium domino, quãuis de ea re non fuerit inueſtitus *cap. vnico §. ſi quis per triginta ſi de feud. defuncti milit.* Nec obſtat *tex. in l. Imperialem de prohib. feud. alienat per Fred.* per quam præſcriptiones rerum feudalium fuerunt abrogatæ: nam verum eſt, quòd per Fridericum fuerunt ſublatæ præſcriptiones in feudis ad præſcribendum dominium, ſed non ſunt ſublatæ quoad inueſtituram præſumptam; cùm verum ſit dominium non præſcribi niſi per centenariam ex *conſt. quadragenalem*: ſed inueſtituram præſumi per triginta annos: *ita Camerar. in dicta l. Imperiatem fol.* 8. *lit. B. & Conſil. Georgius in allegat.* 14. *et in lecturis feudalibus cap.* 25. *nu.* 6.

2 Et ideo qui obtinere vult in terminis dicti §. *ſi quis per triginta*, non debet ſe fundare in nuda præſcriptione, & ſolo curſu temporis, ſed debet allegare inueſtituram, & loco inueſtituræ probare per curſum temporis triginta annorum præſtitiſſe ſeruitium domino iuxta *text. in l. cùm de in rem verſo ff. de vſuris*, & ſic inducitur præſumpta inueſtitura, quæ loco veræ habetur, *vt Afflict. in dec. 234. n. 5. Camerar. in d. l. Imperialem fol. 8. lit. B.* vbi aduertit Cauſidicos vt obtineant vigore dicti §. *ſi quis per triginta*, ſcilicet quòd allegent titulum, & probent poſſeſſionem, & præſtationem ſeruitij per ſpatium triginta annorũ, nam omnes præſcriptiones, quæ ſe fundant in ſolo curſu tẽporis ſublatas eſſe dicit *Camer. in loco allegato*.

3 Attamen cùm vnum ex requiſitis ad obtinendum vigore dicti *cap. ſi quis per triginta*, ſit vt probetur præſtatio ſeruitij domino immediato, & Rex noſter ſit abſens à Regno, dixerunt propterea Doctores Regni, quòd hodie prædictum capitulum non vendicat ſibi locum, nec procedit in Regno ſic *Anna ſenior ſingul. 194. & de vaſſallo decrepitæ ætatis num. 451. & Conſil. de Anna eius filius in conſil. 127. & Conſiliar. Georgius de feudis cap. 25. num. 10.*

4 Tantò magis cùm in libris Regiæ Cameræ adnotentur omnes inueſtituræ feudorum, & facta fide negatiua, quod non reperitur in dictis libris inueſtitura, vt in *l. Titia teſtores ff. de legat. 1.* ceſſat prorſus diſpoſitio dicti capit. ſi quis per triginta, vt *Georg. in loco allegato*, & *Reg. Lanar. de feudis fol. 485 num. 79.*

5 Et ſic concludimus præſcriptiones in feudis non procedere de iure comuni feudorum iuxta diſpoſitionem *dictæ l. Imperialem.*

In Regno tamen *per Conſt. conſuet. prauã* inducta eſt centenaria, & immemorialis præſcriptio contra fiſcum, per quã nedũ præſcribitur contra fiſcũ res feudalis; ſed tanto tempore feudalia fiunt allodialia *Reg. de Ponte conſ. 95. 1. vol.*

6 Eodem iure ſi quis rem burgenſaticam patiatur deſcribi vt feudalis per id tempus feudalis fit *Anna allegat. 11. num. 15. Reg. Tappia in repet. l. fin. ff. de conſtitut. Princ. par. 2. cap. 2.* quem cum alijs allegat *Fab. de Anna conſil. 139. na. 31. & 36. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Euictio habet locum in feudis contra dominum concedentem, & id quomodo intelligatur, & nn. 3.*
2 *Donatio remuneratoria trahit ſecum euictionem.*
3 *Euictio non habet locum in ſimplici conceſſione feudorum, quando feuda conceduntur gratuitu, & amoris cauſa.*
4 *Euictio ceſſat in ſimplici donatione.*

ARGVMENTVM.

Euictio an habeat locũ in feudis.

CONCLVS. XXXII.

1
Victio habet locum in feudis contra Dominum cõcedentem *cap. 1. de inueſt. de re alien. facta cap. vnico ſi pro feudo vaſſallus ab aliquo interpell. fuerit*, & hoc illa ratione nam ante traditionem vaſſallus præſtat iuramentũ fidelitatis, *cap. 1. quid præcedere debeat fidelitas an inueſtitura*, & ligatus reperitur, & effectus homo ligius, *cap. 1. de forma fidelitatis Iſern. in cap. 1. de controuerſ feud. apud pares terminanda.*

2 Quod tantò magis procedit quando feudũ eſſet cõceſſum propter ſeruitia, quo caſu diceretur donatio remuneratoria, quæ ſecum trahit euictionẽ, *l. At-*

l. Atilius regulus ff. de donationibus l. Iulianus §. qui fundum vbi ſcribentes ff. ve verbor. obligat. Feudiſtæ in cap. 1. de inueſt. de re alien. facta poſt 1 ſer. in cap. 1. de capit. qui curiam vendidit in ſecũda additione verſic. Hæc intelligenda ſunt num. 18. Capyc. in inueſtitura in verbo feudorum euictiones in principio.

3 Sed ſi verſemur in ſimplici conceſſione, ſeù infeudatione, quæ non habuit originem à præcedenti promiſſione euictio non competit. Nam feuda regulariter concedũtur gratuitu amoris cauſa, *Iſern. in d. cap. 1. de cap. qui cur. vendidit num. 5. Affict. in cap. 1. de feudo dato in vicem legis Commiſſ. nu. 15. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auctor. 5.* ſi-
4 cuti de iure communi Romano ceſſat euictio in ſimplici donatione, *l. ad res donatas ff. de ediitio edicto.* Hæ namq; continent meram liberalitatem *l. Ariſto vbi DD. ff. de donationibus Alex. cõſ. 125. num. 7. lib. 1. Aymon. conſil. 114. num. 12. Camill. de Medic. conſil. 72.*

SVMMARIVM.

1 *Reſolutio iuris acceptoris reſoluto iure datoris habet locum in feudis in reſolutione neceſſaria, & dependente ex cauſa primeua, & antecedente, & nu. 2. & 3.*

3 *Hypoteca medio tempore contracta reſoluuntur quando fit refutatio directa domino, nam refutatio dependet ex iure, & poteſtate feudali, & ex natura affixa feudo, quam contrahentes cum vaſſallo ſcire debebant, & numer. 4.*

5 *Hypoteca medio tempore contracta reſoluuntur quando feudum reuertitur ad dominum ob delictum vaſſalli.*

6 *Fiſcus dicitur hæres anomalus quando ſuccedit ob delictum vaſſalli, & irregulari iure ſuccedẽs ad feudum apertum ſicuti quando ſuccedunt conſortes largitionum Principum, & numer. 7.*

8 *Fiſcus ſuccedens ad feudum deuolutum, dicitur ſuccedere iure ſuo ex pacto, & contractu reſoluto, & iure conſolidationis.*

9 *In fiſcum quando tranſeunt bona publicata, ea tantùm tranſeunt, quæ ad extraneum hæredem ſunt tranſitoria, & an tranſeant iura conditionalia, nu. 10.*

11 *Hypoteca medio tempore contracta nõ extinguntur quando ex noua, et volũtaria cauſa vaſſallus retrocedit feudum domino.*

12 *Fiſcus tenetur ſoluere debita facta in vtilitatem domini, et occaſione feudi.*

13 *Fiſcus quando in obligatione feudi acceſſit, Regius aſſenſus tenetur ſoluere debita creditoribus vſque ad minimũ quadrantem, eſto quòd verſemur in reſolutione dependente ex cauſa primeua, et neceſſaria licet alij contrariũ ſenſerint nu. 14.*

15 *Fiſcus tenetur feudo aperto ſoluere debita contracta cum aſſenſu, etiam quòd aderit clauſula iuribus noſtris ſemper ſaluis, et hæc verior opinio.*

ARGVMENTVM.

Reſolutio iuris acceptoris reſoluto iure datoris, an habeat locum in feudis

CONCLVS. XXXIII.

1 REgula *tex. in l. lex vectigali ff. de pignoribus*, per quam reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, an habeat locum in feudis cõmuniter fit diſtinctio, quod aut reſolutio eſt neceſſaria, & dependet ex cauſa primeua, & antecedente, aut eſt voluntaria, & ex noua cauſa dependet.

2 Si eſt neceſſaria vt puta quando exercetur pactum de retro vendendo, reſoluitur ius acceptoris, & hypotecæ medio tempore contractæ extinguuntur ex dictis, *per Præſ. de Franch. deciſ. 64. nu. 4. et 14. Oſaſco. deciſ. 156.*

3 Sicuti quando dependet ex cauſa primeua, vtputa quando fit refutatio directo domino reſoluuntur ſimiliter hypotecæ contractæ, §. *rurſus quibus modis feudum amittatur cap. 1. §. neceſſitate qualiter olim feudum poterat alienari, in quibus locis Iſer. et Aluarot.*

4 & hoc illa ratione nam cum hoc dependeat ex iure, & poteſtate feudali, & ex natura affixa feudo poterant, & debebant contrahentes cum vaſſallo ſcire iſtam qualitatem, *vulgata l. qui cum alio ff. de regulis iuris*, & poterant ſibi prçcauere, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 1. nu. 18. fol. 325.*

Idem eſt quando culpa vaſſalli puta propter delictum feudũ reuertitur ad dominum, ita *Martin. Lauden. poſt Ia-*

5 *cob. de Beluiſ. in d. §. rurſus.* Tunc enim hypotecæ medio tempore contractæ reſoluuntur, ſicuti quando deuoluitur

6 feudum per lineam finitam, quo caſu Fiſcus non eſt propriè hæres, ſed anomalus hæres dicitur, *vt Bald. in l. final. num. 16. ff. de centrab. emptione*, quaſi irregulari iure ſuccedens ad feudum apertum, *vt Reg. Lanar. conſil. 1.* ſicuti

7 quando fit ſucceſſio inter conſortes largitionum Principum, de qua *Bald. in l. 2. C. de filijs officialium lib. 12.* quẽ ibidem refert, & ſequitur Reg. *Fulgius Coſtantius nu. 74. fol. 261.*

8 Et quando fiſcus ſuccedit ad feudum deuolutum dicitur ſuccedere iure ſuo, ex pacto & ex contractu reſoluto, *Reg. de Ponte conſil. 82. 1. vol.* & iure conſolidationis dixit, *Iſern. in cap. 1. de feudo ſine culpa non amittendo.*

9 Et quando in fiſcum tranſeunt bona publicata, ea tantùm tranſeunt quæ ad hæredem extraneum ſunt tranſitoria, *l. 2. C. ad l. Iuliam de vi publica Reg. de Curte in 1. par. diuerſorij feudal. in cap. nunc. de altera nu. 90. fol. 62. à ter.*

10 Sed an iura conditionalia tranſeant in Fiſcum videatur *Aretinus in tractatu maleficiorum verſic. & eius bona publicamus*, ſuper quo articulo plenè, & ſubtiliter ſcripſit *Fabius Marchefius Aduocatorum Princeps in eius allegat. poſt conſil. 23. vol. 2. Reg. de Ponte.*

11 Si verò reſolutio dependeat ex noua cauſa, & voluntaria, vtputa quando vaſſallus legat, vel donat Domino, tũc enim non reſoluitur ius acceptoris, nec hypotecæ contractæ reſoluuntur, ne ſit in poteſtate vaſſalli præiudicare ſuis creditoribus, *l. ſi res cum ſequent. ff. quibus modis pignus, vel hypoteca ſoluitur vti Bald. in conſ. 171. Mattiolus vol. 1. & Boer. deciſ. 181.*

12 Sed ſi debitum eſſet contractum per Vaſſallum in ſpecialem vtilitatem domini, vtputa ſi pro domino fideiuſſerit, quo caſu non requiritur aſſenſus, cùm ſit onus occaſione feudi *vti Camerar. in l. Imperial. fol. 49. à ter. lit. R.* hoc caſu fiſcus, in quem feudum peruenit tenebitur ad huiuſmodi debitum, *vti Camerar. in loco allegato fol. 13. lit. T.*

Sed animaduertendum eſt, quòd licet verum eſt, quod regula *tex. in l. lex vectigali*, procedat in feudis, vt in allegato §. *rurſus*, & *in §. quid ergo de inueſt. de re alien. facta vbi Iſern. in principio num. 3.* & ſequitur *Præſ. de Franch. deciſ. 192. 226. & 369. et Reg. de Ponte deciſ. 28. et de poteſt. Proreg. §. 1. tit. 10. num. 17.* ex ſupradictis diſtinctionibus,

13 Tamen quando in obligatione accedit aſſenſus domini licet verſemur, in reſolutione dependenti ex cauſa primeua, & neceſſaria, quo caſu hypoteca reſoluitur adhuc tenebitur ſoluere fiſcus debita vſq; ad minimum quadrantẽ, *vt Iſer. in d. §. quid ergo*, quẽ allegat, & ſequitur *Camill. de Medic. conſ. 105. num. 6. et Reg. de Ponte conſil. 82. lib. 1.* & eſt comunis opinio, de qua *Frecc. de ſubfeud. author. 29. nu. 8. Hartman. Piſtorienſ. lib. 2. quaſt. iuris q. 48. num. 14. cum ſequent. Roſentagl. de*

feu-

d by Google

feudis cap. 9. membr. 1. concluſ. 18. Capyc qui alios allegat in ſua inueſtitura in verbo feudorum deuolutio in verſic. Hypoteca fol. 159. et in verbo feudorum executiones verſic. Dominus mortuo, et poſt alios Reg. Coſtantius in l. 1. num. 4. C. panis fiſcal. cred. præfer. lib. 10. quem cum alijs citat, & ſequitur *eruditiſſimus I. C. Donatus Antonius de Marinis quotid. reſolut. cap. 130. nu. 2.*

14 Licet contrarium videatur annuere *Camerar. in l. Imperial. fol. 7. lit. I. et K. et fol. 75. lit. S. Afflict. in cap. 1. nu. 13. verſic. ſed an rectè conſentiendo qui ſucceſſ. teneant. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 258. Niger in cap. item ſtatuimus 109. num. 13.*

Sed verior eſt prima opinio, quam probat etiam *Bart. in l. in diem ff. de*
15 *aqua pluuia. arcenda.* ita vt teneatur fiſcus ſoluere creditoribus vſque ad minimum quatrãtem, & hoc iure quotidie vtimur. Quę opinio procedit eſto quòd in aſſenſu adſit clauſula iuribus noſtris ſemper ſaluis. Nam hæc clauſula non refragatur domino in expreſsè conceſſis in aſſenſu, qui hypotecam parit, quæ eſt ius reale, & tranſit ad quoſcunque ſucceſſores *Iſern. in d. §. quid ergò Harthaman. Piſtor. in d. q. 48. nu. 32. Facbin. controuerſ. iuris lib. 7. cap. 56. in fine Vrſill. ad Afflict. deciſ. 112. num. 9. et 355. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Exheredatio fieri poteſt, ne dum in feudo hæreditario, ſed etiam in feudo ex pacto.*

2 *Hæc opinio eſt rationabilior, et comunior reprobata opinione Molinæ.*

3 *Exheredatio fieri non poteſt in feudo nouiter conceſſo patri, et filio nominibus proprijs.*

4 *Reprobatur opinio Roſentagl. negantis exheredationem fieri poſſe in feudo ex pacto num. 4. et 5. et de ratione num. 6.*

ARGVMENTVM.

Exhęredatio, an habeat locum in feudis.

CONCLVS. XXXIV.

1 

Xheredatio habet locũ nedũ in feudo hęreditario, *Ardizon. in ſumma parte 3. p. partis principalis rubr. de ſucceſſ. feud. cap. 173. verſ. ſed adhuc queritur*, ſed etiam in feudo ex pacto ſecundùm opinionem *Iſer. in cap. ſi quis miles §. & filius fratris num. 5. Imperator Loth. & in cap. omnes filij ſi de feudo defuncti militis num. 2.* & in alijs locis adductis per *Georg. de feudis cap. 50. n.*
2 *16. qui num. 19.* reprobata opinione *Molinæ de primogen. Hiſpanor. cap. 9. lib. 1.* concludit opinionem contra filiũ eſſe rationabiliorem, & comuniorem *num. 20. & 21.* vbi allegat alios hanc
3 opinionem tenentes, & limitat in feudo nouiter cõceſſo patri, & filio nominibus proprijs, quo caſu conſideratur enixa voluntas domini vt filius feudo potiatur ex propria perſona, non occaſione patris *ex Afflict. deciſ. 395.*

Sed *Roſental. de feud. cap. 7. concluſ.*
4 10. tangit hanc quæſtionem, & relatis opinionibus Regnicolarum pro parte affirmatiua in feudo ex pacto contradicit, & in vno tantùm caſu concurrit, quando ſcilicet exhæredatio procederet ex cauſa, ob quam exhæredatus nõ poſſet ſtare in Curia ſine dedecore.

5 Comunis tamen opinio eſt contra Roſental. & contra *Reg. de Ponte de feudis lectur. 4. alias 13. num. 20. & 21. prout Georg. in loco allegato in fine capituli, & Reg. de Curte in diuerſorio iuris feudorum fol 63. num. 99. cum ſeq. & Franciſc. de Amicis de feudis quæſt.*
6 *18. fol. 188.* ea ratione moti, nam licet

de

de iure comuni feudorũ nõ reperiatur expreſſum quod poſſit fieri exhæredatio in feudo ex pacto; tamen cum hoc caſu recurrendum ſit ad ius ciuile, in quo generaliter eſt permiſsũ patri exhæredare filium ex iuſtis cauſis, ex iure Romano (deficiẽte iure feudali) deducitur hæc exhæredandi poteſtas in feudis, vt idem *Reg. de Curte in loco allegato num.* 101.

SVMMARIVM.

1 *Tributum quid ſit, & de eius etimologia, definitione, et ſpeciebus, et nu.* 2.
2 *Tributa in Regno ſub nomine collectarum ceperunt tempore Federici II. Imperatoris.*
3 *Federicus Imperator fuit depoſitus ab Imperio, et priuatus Regno, quia ſubditos quaſi ſeruili conditione viuere compulit à Clemente Quarto, et in eius locũ fuit inueſtitus Carolus Primus Andegauenſis, et tunc fuit conuentum ſuper exactione tributorum, vt viueretur prout viuebatur tempore Regis Gulielmi boni, et nu.* 4.
5 *Rex Alphonſus Primus Aragoneus ſubſtulit collectas, et tributa, recepto donatiuo à Regno vnius ducati pro quolibet foculari; quod poſtea fuit auctũ ad carolenos quindecim per Ferdinãdum Primum, et nu.* 6.
Tributis ceſſantibus originem ſumpſit ius ſcannagij foculariorum, et ſalis, et ſuper abolitione tributorum ſcripſerunt Cepolla, et Barbatius ad inſtantiam Regis Ferdinandi Primi.
8 *Foculariorum exactio eſt hodie aucta occaſione aliarum impenſarum, quæ fiunt pro defenſione, et comoditate Regni.*
9 *Donatiua ordinaria, et extraordinaria in quibus caſibus fieri ſoleant, remiſſiuè.*
10 *Tributa in Regno ſoluebãtur antiquitus in menſe Auguſti, ſed hodie functiones fiſcales ſoluuntur, in Natiuitate Domini, in Reſurrectione, et in Menſe Auguſti.*
11 *De foculariorũ numeratione, et fiſcalium exactione, et de officio Perceptorum Prouinciarum remiſſiu.*

ARGVMENTVM.

De tributis, quæ ſoluũtur Regiæ Curiæ.

CONCLVS. XXXV.

1 TRibutũ adeo antiquũ eſt, vt de eo fiat mentio etiam temporibus Maccabeorum, vt legitur *in li.* 1. *Maccab. cap.* 10. *teſte Reg. de Ponte de Pote. Proreg. tit.* 4. §. 8. *num.* 33. & à contributione, vel ex eo, quod militibus tribuatur dictum eſt, *vt ait Vulp. in l. ager ff. de verbor. ſignific.* & eſt quædam ſolutio quæ Principi ſuptemo fit ratione, & in recognitionem directi dominij, & in eo differt tributum, à ſtipendijs, nam tributa poſtquam Auguſtus cum Populo Prouincias partitus eſt appellari cepta ſunt, quæ verò Cæſaris Prouinciæ ad belli ſubſidium inferebant, ſtipendia ſunt vocata *gloſ. in l. neq; ſtipendia ff. de impenſ. in reb. dot. fact. quæ allegat tex. in l. ſi ager* §. 1. *ff. de verb. ſignif.*

2 Tributorum autem quædam perſonarum, ſiuè capitis gratiam, quædam verò pro prædijs ſoluebantur *l. reſcripto* §. *fin. ff. de muner. et honorib.*

3 In Regno tributa ſub nomine collectarum ceperunt tempore Federici Secundi Imperatoris, *Iſer. in c.* 1. *in verſ. extraordinaria num.* 62. *quæ ſint regalia vbi affict. num.* 14. *cum alijs allegatis per Conſil. Georg. de feud. cap.* 57 *nu.*
4 9. vbi refert quò depoſito Federico ab Imperio (quem depoſitum fuiſſe inter alias cauſas quia ſubditos, & homines Regni quaſi ſeruili conditione viuere compulit legitur apud *Iſer. in ſæpius allegata l. Imperialem num.* 45.)

Fuit

Digitized by Google

Fuit inueſtitus à Clemente Quarto Carolus Primus Andegauiæ Dux, & cum eo fuit facta conuentio per Sum. Pont. tempore inueſtituræ de exigendis tributis in certis caſibus, prout refert *Iſern. in d. verſic. et extraordinaria collatio*, & fuit etiam conuentum, vt viueretur prout viuebatur tempore Regis Gulielmi Boni.

5 Superuenit poſtea Alphõſus Primus Regum Princeps, qui ſublatis collectis, & abolitis nominibus tributorum recepit donatiuum à Regno vnius ducati pro quolibet foculari, ſiue fumante, preſtando ſal rubrum, *vt legitur in capitulis, et gratijs Alphonſi ann.* 1442.

6 *in cap.* 1. quæ ſolutio fuit aucta poſtea ad carolenos quindecim in parlamento Regis Ferdinandi Secundi anno 1495. *in cap.* 27. *fol.* 42.

7 Vnde ceſſantibus prædictis nominibus antiquis ſumpſit origo, ius Scannagij, Focularioru̇, & Salis, prout *Capyc. in inueſtitura in verbo feudorum clauſulæ in verſic. ſcannagijs fol.* 114. ſuper qua abolitione antiqnorum tributoru̇ per Alphonſum Primu̇ facta ſcripſerũt *Bartol. Cepolla conſ.* 46. *inter conſil. Felin. et Barbat. conſ.* 1. *vol.* 3. ad inſtantiam Reg. Ferdinandi Primi dicti Alphonſi filij.

8 Hæc eſactio focularioru̇ eſt aucta hodie occaſione aliarum impenſarum, quæ fiunt pro defenſione, & comoditate Regni, ita vt pro quolibet foculari ſaluantur Regię Curiæ ducati. . .

9 Et vltra prædicta adſunt donatiua ordinaria, & extraordinaria, quæ fieri ſolent ex diuerſis cauſis, de quibus *Reg. de Ponte in loco allegato num.* 17. *et* 35. *in rubrica, et Conſil. Georg. in d. cap.* 57. *num.* 12. qui doctiſſimi viri plenè tractant quando fieri poſſint uouæ impoſitiones *poſt Luc. de Penn. in l. penultima C. de erogatione milit. annon. lib.* 12.

10 Tributa in Regno ſoluebantur in Menſe Septembris antiquitus vt in *c. item vt tollatur*. Sed tempore Regis Alphonſi Primi fuit redacta fiſcalium eſactio ad tria tempora, ſcilicet in Natiuitate Domini, in Reſurrectione, & in Menſe Auguſti ſicuti legitur in capitulis, & gratijs eiuſdem Regis anni 1444 fol. 5.

11 De quorum fiſcaliu̇ exactione, numeratione focularioru̇, de officio Perceptorum Prouinciarum, & id genus latè *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de Regalib. impoſit. per plures* §. §.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallo decedente ſine legitima prole, fit ſequeſtrum per* R. C. *de feudo quod tenetur in capite à Rege per annum à die mortis infra quem ſummariè deciditur quæſtio ſi adeſt ſucceſſor cũ diſtinctione.*

2 *Capit. ex præſumptuosè fuit conditum à Carolo II. ad tollendas lites.*

3 *Legitima proles verificatur in filijs, et deſcendentibus.*

4 *Deſcendens qui non habet ius clarum, et apertum, vtputa baſtardus dicitur extraneus, et non comprehenditur ſub legitima prole.*

5 *Capit. ex præſumptuosè habet etiam locum contra Agnatum, qui poſſidebat feudum ante mortem teſtatoris ex titulo inualido.*

6 *Legitimatus ad feuda quando de legitimatione non eſt dubium dicitur habere ius apertum.*

7 *Capit. ex præſumptuosè non procedit in feudis mixtis, et planis quæ tenentur à Barone.*

8 *Capit. ex præſumptuosè procedit etiam in officijs, quæ ſunt de regalibus.*

AR-

ARGVMENTVM.

De ſequeſtro feudi decedentis ſine legitima prole.

CONCLVS. XXXVI.

1 Eequeſtrum fit per Regiam Cameram de feudo, quod tenetur in capite à Rege per vaſſallum decedẽtem ſine legitima prole, per annum à die mortis, infra quem ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine libelli oblatione, & ſine litis cõteſtatione, deciditur quæſtio ſi adeſt ſucceſſor, qui de feudo debeat inueſtiri; & ſi is ſuccubuerit aget poſſeſſorio infra annum, ſed elapſo anno, aget iudicio petitorio *per tex. in cap. dudum claræ memoriæ* aliàs incipit *ex præſumptuosè*.

2 Hoc capitulum fuit conditum per Carolum Secundum ad tollendas lites vigore interdicti, aut alterius generis poſſeſſorij beneficij, quod tàm fiſco, agnatis competere poſſet, vt habetur in dicto textu, & probat *Ioan. Vinc. de Anna ſingular. 144. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de regalib. impoſit. §. 6. num. 4. poſt Afflict. in deciſ* 196. ſequitur etiam *Conſil. Georg. de feud cap.*
3 *52 num. 30. & 34.* vbi concludit verbum illud ſine legitima prole eſſe intelligendum de filijs, & deſcendentibus, ita vt ſoror in caſu *allegatæ deciſ. Afflict. 196.* & neptis ex fratre in caſu propoſito *per Georg. vbi ſupra nu. 34.* ſint penitus extranei.

4 Sicut etiam exraneus dicitur deſcendens, qui non habet ius clarum, & apertum, vt puta baſtardus ex identitate rationis *Luc. de Penna in l. facultas C. de iure fiſci lib. 10.*

5 Hoc capitulum habet etiam locum cõtra agnatum, qui poſſidebat feudum ante mortem defuncti ex titulo inualido, *vt Afflict. deciſ. 197.*

An autem filius legitimatus, etiam ad feuda habeat ius apertum fuit controuerſum temporibus Regis Ferdinãdi Primi vt refert *Afflict. in deciſ. 195.* & ex voluntate Regis fuit cauſa finita, concordia. Hanc deciſionem refert *Conſil. Georg. in lectur. feudal. d. cap. 52. nu. 39.* vbi in illã iuit ſententiam, quod quando de legitimatione non eſſet dubium, poſſet filius legitimatus ex iure aperto impedire ſequeſtrũ; vbi refert aliam deciſionem in cauſa Principis Biſiniani, cuius ſoror fuit reputata extranea.

Super intellectu dicti *cap. ex præſumptuosè* videnda ſunt conſilia *Reg. Rouit. 98. 99. & 100.*

7 Vnum notandum eſt, quod feuda mixta, & plana, quę à Barone tenentur non ſubiacent diſpoſitioni dicti cap. ex præſumptuosè *Frecc. de ſubfeud. differentia 15. inter feuda quaternata, & plana.*

8 Sicuti ſubiacent dicti cap. diſpoſitioni officia illa, quæ ſunt de regalibus, ex cauſa iurium Dominicalium, quæ fiſco competũt, vt probat *Reg. Rouit. in deciſ. 72. nu. 23.* ex generalitate conſtitut. ſcire volumus.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium quid ſit, & vnde originem ſumpſerit, & in quibus iuribus de eo fiat mentio.*
2 *Adiutorium in quibus caſibus debeatur Baroni à vaſſallis burgenſibus.*
3 *Adiutorium debetur Regi à Feudatarijs, et in quibus caſibus remiſſiuè nu. 4.*
5 *Adiutorium quomodo taxetur.*
6 *Adiutorium debetur etiam Regi vltra caſus poſitos per Afflict. deciſ. 265.*
7 *Adiutorium debetur eſto quod feudum ſit conceſſum cum qualitate burgenſatica.*
8 *Adiutorium debetur in feudo mixto, domino immediato et ſic Baroni.*

9 *Ad-*

Digitized by Google

9 *Adiutorium debetur etiam pro maritã-da nepte paupere, & pro militia nepotis pauperis.*

ARGVMENTVM.

De adiutorio, & ſubuẽtione præſtandis à vaſſallis domino.

CONCLVS. XXXVII.

1 ADiutorium eſt quædã ſubuentio, quæ fit domino legitimè inducta in Regno *per conſtit. quamplurium*, dico inducta legitimè, nam antiquitus fiebãt extorſiones, quæ per dictam conſtitutionem fuerunt refrenatæ, & moderatum adiutorium, & licet comuni ore circumferatur, quòd de adiutorio non reperiatur mentio in iure feudorum, ſed ſit peculiaris præſtatio in Regno, vti *Afflict. in d. conſtit. in* 10. *notab.* Nihilominus *Conſil. Georg. de feud. c.* 57. conatur more ſuo originem adiutorij deducere, ex iure communi, cui ego addo, quòd *in cap. cùm Apoſtolus* §. *prohibemus de cenſibus*, fit mentio de adiutorio ſub nomine auxilij reſpectu prælatorum, & *in cap. prædictis, quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, & in c.* 1. *quibus modis feudum amittatur*, ſimiliter per argumentum eſt ſermo de adiutorio, & *in cap.* 1. *hic finitur lex*, & *in cap.* 1. *de forma fidelitatis*, & *in cap.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditijs de cap. Corradi vbi Iſer.* illud verbum in oſtenditijs declarat vt ſit adiutorium.

Quidquid ſit poſſumus dicere eſſe quid nouum in Regno ex forma data exigendi, & in certis caſibus.

2 Debetur ergò iſtud adiutorium Baroni à vaſſallis burgenſibus pro redimenda perſona ipſius Baronis ab inimicorum manibus, prout *in d. conſtitut. quamplurium*, debetur ſecũdò pro militia fratis. Debetur tertio pro maritãda filia, vel ſorore, & idem pro monacãda, quo caſu exigitur tẽpore profeſſionis, ita vt ſi tẽpore profeſſionis reperiatur alienata Terra adiutoriũ nõ debeatur *Franch. deciſ.* 42. & quarto pro emẽda Terra. Et quoniã de hac materia latè ſcripſimus in sũma iuris Regni in lucem danda Deo auſpice, breuitati conſulendo dicimus, quod licet in di-
3 cta *Conſtitut.* non fiat mentio de adiutorio prẽſtando à feudatarijs ipſi Regi; Tamen ex identitate rationis imò ex maiori, & rationabiliori cauſa inductũ eſt, vt præſtetur etiam Regi, prout *gloſ. in d. conſtit. quamplurium vbi Iſern. & Afflict. in* 20. *quæſt.* quos ſequuti ſunt *Camer. & Capyc. et alij relati à Præſ. de Franch. deciſ.* 171.

4 Caſus autem, in quibus Regi debeatur adiutorium poſuit *Afflict. dec.* 265. *num.* 54.

5 Taxatur adiutorium ad rationem carolenorũ quinque pro quolibet foculari *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 5. *author.* 2. *nu.* 23. & ad eandem rationẽ debetur Prælatis feuda tenentibus à Regia Curia ab eorum vaſſallis burgẽſibus in caſibus, in quibus eis præſtatur adiutorium, de quibus *in d. conſtit. quamplurium, vti Gramat. deciſ.* 88.

Et vltra caſus poſitos *per Afflict. in*
6 *d. deciſ.* 265. debetur adiutorium in alijs caſibus nouis occurẽtibus ob neceſſitatem Coronæ vti doctè, & elegãter more ſuo comprobat *Conſil. Georg. in allegato cap.* 57. *nu.* 12. *cum ſequentib.* etiam authoritate Theologorum.

7 Huiuſmodi adiutoria debentur eſto quod feudũ fuerit cõceſſum cum qualitate burgenſatica, ſicuti fuit iudicatum per Sac. Conſ. de Villa Afragolæ, quæ tenebatur in burgenſaticum per DD. de Familia Bozzuto, vt *Præſ. de Frãch. deciſ.* 131. *nu.* 21. Et quæ diximus procedunt in feudo quaternato ſimplici,
8 ſed in feudo mixto, quod dicitur quaternatum ſecundùm quid, adiutorium debe-

debetur domino immediato,& ſic *Baxoni Iſer.in d.§. ſimiliter in oſtenditijs, et Camerar. in l.Imperial.fol.73.lit.E.*

9 Et non ſolùm debetur vt diximus pro maritanda filia, ſed etiam pro maritanda nepte paupere, & pro militia nepotis pauperis, *Præſ. de Franch. deciſ.215.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis quid ſub ſe contineat.*

2 *Iuramentum fidelitatis præſtatur pro feudis, quouis titulo quæſitis exceptа ſucceſſione, pro qua, & pro feudis emptis cum pacto de retrouendendo nõ præſtatur hoc iuramentũ,& n.7.*

3 *Iuramẽtum fidelitatis præſtatur à vaſſallis burgenſibus eorum dominis.*

4 *Littera aſſecurationis ſucceſſerunt in Regno loco ſolemnis inueſtiturę confirmatoriæ.*

5 *Iuramentum aſſecurationis præſtatur, & exigitur nedum pro feudis quaternatis ſimpliciter, ſed etiam in feudis quaternatis ſecundùm quid,et in feudo plano, & de tabula habente vaſſallos.*

6 *Iuramẽtum fidelitatis ſi non fuerit præſtitum infra tempus in aſſenſu deſcriptum, et ſequatur reuocatio, contractus redditur nullus.*

ARGVMENTVM.

De iuramento fidelitatis, & literis aſſecurationis.

CONCLVS. XXXVIII.

1 IVramẽtum fidelitatis quod eſt de natura non de ſubſtantia feudi licèt fidelitas ſit de eſſentia, & ſubſtantia feudi *Iſer. in cap.1. per quos fiat inueſtitura ante num.12.* continet in ſe ne vaſſallus Dominum offendat,nec ab alio offendi patiatur, *idẽ Iſer.in cap.1.de noua forma fidelitatis.* & eo differt ab homagio, nam hoc ſoli Regi, vel Imperatori præſtatur: iuramentum verò fidelitatis omnibus *Iſer. in loco allegato.*

2 Hoc iuramentum præſtatur Regi pro feudis emptis ſine pacto de retrouendendo,vel quouis titulo quæſitis extra ſucceſſionem, prout *in pragm.19. de feudis*, & recipitur per ipſos feudatarios ab eorum vaſſallis burgenſibus: pro quo præſtando, & recipiendo ex-
4 peditur Regium diploma, & literę aſſecurationis,de quibus *in d.pragm.19.* & ſic hodie in Regno loco ſolemnis inueſtituræ confirmatoriæ obtinentur huiuſmodi literæ aſſecurationis, *Conſ. Georg.de feud.cap.21.num.10.*

5 Quod procedit nedum in feudis quaternatis ſimpliciter, ſed etiam in feudis quaternatis ſecũdùm quid. Cùm hæc feuda Rex etiam conferat tenenda à Barone, prout *Iſern.in conſt. poſt mortem vbi Afflict. num.* 18. & in feudis planis, & de tabula, quæ habent vaſſallos, vt *Montanus poſt hæc ſcripta viſus in eius docta repetit. legis Imperialem §.ſi quis infeudatus nu.17.verſ. eſt quoque aduertendum fol.* 121. vbi concludit in feudo plano habente vaſſallos non habere locum *pragmat.19. de feudis* circa anni tempus.

6 Cuius iuramenti tanta eſt vis, quòd ſtante clauſula decreti annullatiui in aſſenſu appoſita, ſi infra annum non fuerit præſtitum iuramentum fidelitatis, ſi ſequatur reuocatio contractus, & iuramentum fidelitatis non reperitur præſtitum contractus tedditur nullus,& ſic fuit deciſum in S. C. in cauſa Marchionis Turris Francoliſij,vt refert *Reg.de Ponte conſil.67.1.vol. et doctiſs.Reg.Tappia deciſ.3.S.C.*

7 Hic notandũ eſt, quòd licet is,qui ſuccedit in feudo,& is cui refutatur feudum,& emens feudum cũ pacto de retrouendendo non teneantur præſtare hoc iuramentum fidelitatis, vt in dicta *pragm.*

Digitized by Googl

pag. 19. tẽentur tamen ad fidelitatẽ nã iuramentũ remittitur nõ ipſa fidelitas, quæ eſt de ſubſtantia, & eſſentia feudi, ſine qua feudum eſſe non poteſt, *Camerar. in l. Imperialem fol.* 36. *col.* 2. & *Reg. Rouit. dec.* 72. *nu.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus poſt mortem alienantis, ſiue obligantis feudum expediri non poteſt.*
2 *Aſſenſus poteſt impetrari poſt mortem fauore dotis, non antefati quod declaratur viuente muliere, & in ſubſidiũ, & nu.* 4.
3 *Quotieſcunq; permittitur fieri exequutionem ſuper feudo ſine aſſenſu hoc procedit in ſubſidium.*
5 *Aſſenſus licet non poſſit impetrari regulariter poſt mortem alienantis, vel obligantis feudũ, poteſt expediri abſq; dubio poſt mortem eius, cui eſt facta venditio, vel obligatio.*
6 *Aſſenſus poteſt impetrari poſt decoctionem debitoris, licet talis debitor pro mortuo quodammodo habeatur.*
7 *Feudalis contractus ſine aſſenſu non eſt omninò nullus, ſed ſtat in ſuſpenſo, ſub ſpe cõualidationis ſequuto aſſẽſu.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus an poſsit impetrari poſt mortem contrahentium ſuper alienatione, vel obligatione feudi.

CONCLVS. XXXIX.

1 POſt mortem alienantis, ſiue obligantis feudum, ſiue hæreditarium, ſiue ex pacto aſſenſus non poteſt expediri *l. bonorum ff. ſi*

ratam haberi l. 1. *in princip. ff. de appellat. recipiend.* quæ iura allegat *Iſer. in l. Imperialem nu.* 15. vbi ponit rationẽ, nam ſtatim mortuo alienante dominiũ vtile deſcendit ad agnatos, quorum nouus conſenſus diſpoſitiuus requiritur, vt conualidetur actus, & in hoc erit impetrandus aſſenſus, aliàs enim præſtari non poteſt, in præiudicium eorũ, qui ſucceſſuri ſunt vti *Camer. in l. Imperialem fol.* 90. *col.* 3. *litt. M.* ſequitur *Capyc. in inueſtitura verbo feudales aſſenſus verſic. limita ſecundo fol.* 77. Qui dicit regulam procedere in quolibet contractu dominij trãſlatiuo, ſicut etiã ſi agatur de conſtituenda hypoteca, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. Tit.* 2. *S.* 1. & *conſil.* 72. 1. *vol.* & *conſil.* 14. *num.* 48. *vol.* 2. *Conſil. Gizzarell. deciſ.* 2. *n.* 7. *Præſ. de Franch. deciſ.* 86. *Afflict. deciſ.* 286.

2 Regula prædicta limitatur fauore dotis (non antephati) vt poſſit impetrari aſſenſus poſt mortem alienantis, vel obligantis feudum *l. ſi ego S. ſi res ff. de iure dotium Reg. Tappia dec.* 6. *nu.* 39. *Reg. de Ponte in d. S.* 1. *nu.* 6. *poſt Camer. in d. l. Imperialem fol.* 101. *col.* 3. *lit. M.* vbi concludit procedere hoc in ſubſidium, dummodo non extent alia bona burgenſatica, ex ea ratione nam ſemper q; fit exequutio ex aliqua cauſa ſine aſſenſu ſuper feudo, fieri poteſt in ſubſidium tantùm, *vti Capyc. in loco ſuperius allegato ex authoritate DD. in l. commodis ff. de re iudicata,* & reſpectu
4 dotis procedit viuente ipſa muliere tantùm *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *limitat.* 9. *ad Conſt. Conſtitutionem diue mem. num.* 22.

7 Diximus poſt mortem alienantis non poſſe impetrari aſſenſum, nam poſt mortem eius, in quem fit alienatio ſiue obligatio feudi non dubitatur quin poſſit impetrari aſſenſus, ſicuti deciſi refert *Gizzarell. in d. deciſ.* 2. *nu.* 14.

6 Eſt, & alius caſus vt poſſit impetrari aſſenſus poſt decoctionem debitoris, licet talis debitor quodammodo pro mor-

mortuo habeatur, nam attenditur habilitas tempore celebrati contractus, cùm verùm ſit contractum rei feudalis ſine aſſenſu, non eſſe omnino nullum, ſed ſtare in ſuſpenſo ſub ſpe conualidationis, ob ſequutum aſſenſum. *Aſſl. deciſ.* 286. *Camerar. in l. Imperialem fol.* 27. *lit. S. Anna in conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ nu.* 135.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus poteſt impetrari poſt mortem contrahentium ſuper ceſſione iurium, & hypotecæ, quod ſecus eſt in alienatione, & obligatione feudi, in quibus conſideratur intereſſe ſucceſſoris in feudo.*

2 *In ceſſione iurium, & hypotecæ ſine aſſenſu ceſſionarius ſubintrat in locum cedentis, & illius iure vtitur, cùm de nullius præiudicio tractetur.*

3 *Actio radicata in perſona cedentis exercetur per ceſſionarium ſine aſſenſu cõtra debitorem, vel compellendo eum ad agendum, vel agendo recta via ad euitandum circuitum.*

4 *Reuocatio non competit cedenti iura, et hypotecas cùm ex poſt facto actus ſit neceſſarius.*

5 *Ceſſionarius iurium, et hypotecæ ſine aſſenſu concurrit cum creditore cum aſſenſu, qui medio tempore contraxit, et ei præferendus eſt, et nu.* 6.

ARGVMENTVM.

Aſſẽſus an poſsit impetrari ſuper ceſsione iuriũ, & hypotecæ poſt mortem contrahẽtiũ.

CONCLVS. XXXX.

1 IN ceſſione iurium, & hypotecæ ſuper feudis poteſt aſſenſus impetrari poſt mortẽ. tàm ceſſionarij, quàm cedentis, nam prohibitio, de qua *Iſern. in l. Imperialem nu. mer.* 15. *vt diximus ſupra concluſ.* 39. procedit tantùm in alienatione, & obligatione feudi propter præiudicium noui ſucceſſoris, & maxima conſideratur differentia inter vnum, & alium caſum, nam in alienatione, & obligatione feudi actus ſtat in ſuſpenſo ante impetratum aſſenſum, ita vt idemmet, qui alienauit, vel obligauit potuerit reuocare, & ſic ſequuta morte dominium tranſiuit in hæredem, & contractus eſt reſolutus, & aſſenſus non reperit confirmabile.

2 In ceſſione verò iurium, & hypotecæ de nullius præiudicio agitur, nam cùm ſit obligatum feudum primo loco mediante aſſenſu, non intereſt feudatarij debitoris ſi debeat ſoluere cedenti, vel ceſſionario, & ceſſionarius ſubintrat in locum cedẽtis à die actionis per cedentem quæſitæ, & ſic neq; agitur de præiudicio Tertij, *vt deciſum refert Conſ. Georg. in lectur. feudal. cap.* 43. *num.* 40. *in cauſa Baronis Palaſciani.*

3 Actio igitur radicata primo loco in perſona cedentis ſemper contra debitorem ſubſiſtit, ita vt ſi ceſſionarius ob defectum aſſenſus non poteſt agere, poteſt agere, & compelli cedens ad agendum, *l. cùm plures* §. *in meſſem ff. locati.* Quẽ textum in his terminis expendit *Præſ de Franch dec.* 41. & 593. & propterea ad euitandum circuitum poſſet ceſsionarius ſine aſſenſu agere recta via. Nec reuocatio competeret in hoc caſu cùm verſemur in actu neceſſario, *vt Frecc. de ſubfeud. differ.* 5. *inter feuda ex pacto, & hereditaria, & Reg. de Ponte deciſ.* 61.

5 Et iſte ceſsionarius iurium, & hypotecæ ſine aſſenſu, ſi concurrat cum creditore, qui medio tempore contraxit cum aſſenſu, præferendus eſt etiam in pretio feudi venditi ſub haſta, quo caſu creditores cum aſſenſu præferuntur creditoribus anterioribus ſine aſſenſu, *vt diximus infra concluſ.* 47. Nam in totum repreſentat cedentem, qui contraxit

traxit, & in illius locum succedit *ex l. 1. C. de is, qui in prior. cred. loc. succed.*

6 Hanc quæstionem tetigit *Frecc. de subfeu. lib. 2. quæs. 32.* vbi allegat *Bald. in cap. 1. de vassall. qui contra constitut. Lotbar.* tenentem pro cessionario, *per tex. in l. si seruum §. item si homo ff. de verbo. obligat. & in l. peto §. prædium de legatis 2. Baldum sequitur Afflict. in l. Imperialem col. 9. num. 53. cum seq. et Blanch. in summa feudali in tit. quibus modis feudum amittatur colum. 30. versic. sed pone quod dominus.* & licet *Frecc.* videatur inclinare in contrariam opinionẽ tamen loquitur in casu quando iste cessionarius sine assensu vellet peruenire ad adiudicationem, & possessionem feudi, tunc enim quia tãgeretur corpus feudi. obstaret defectus assensus.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regis immediatè requiritur, quando vult alienare feudum ille, qui successore caret vigore pragm. 4. de feudis.*

2 *Successore carere dicitur ille, qui successorem habet senem, et aliàs prorsus inhabilem ad procreandum ex auth. Reg. de Ponte, qui postea se correxit, et nu. 5.*

3 *Impedimenta temporalia non impediũt quo minus alienare volens habere dicatur successorem.*

4 *Proreges solent assentiri in alienationibus feudorum faciendis per iuuenes aptos ad procreandum licet successores non habeant.*

5 *Reg. de Ponte, et Reg. Rouit. contraria opiniones referuntur, et illa Reg. Roviti verior videtur, secundùm quam fuit iudicatum, et practicatum.*

6 *Successore carere non dicitur qui habet successorem Clericum siue in minoribus, siue beneficiatum.*

7 *Successore si quis careat actenditur tempus actus gesti.*

8 *Assensus Regis immediatè requiritur in alienatione, & in obligatione feudi facienda per exterum.*

9 *Assensus Proregis sufficit in cessione iurium, & hypotecæ faciendæ per exterum.*

10 *Feuda empta aliena pecunia, exteri possũt alienare cum assensu Proregis.*

11 *Extera nupta Regnicolæ tàm viuente viro, quàm eo mortuo, durãte viduitate habetur pro vera Regnicola interminis pragmat. 17. de feudis.*

ARGVMENTVM.

De assensu præstando ei qui successore caret, vel exterus est Regni.

CONCLVS. XXXXI.

1 ALienatio feudorũ prohibetur inter cętera vigore *pragmat. 4. de feudis dicta delli noue capi.* sine assensu immediatè Regis, quando fit alienatio ab il-

2 lis, qui successore carent; Quod procedit etiam in illis, qui successorem habent, sed inhabilem prorsus ad procreandum filios; puta si est senex, & sic fuit decisum in R. C. in causa Fabritij Stendardi Baronis Casalis Sancti Antimi cum Regio Fisco, prout refert, & comprobat *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. de assensibus Regijs §. 3. num. 11.* qui declarat postea *nu. 22. cum sequentibus*

3 id non procedere in alijs impedimentis temporalibus, ex quibus non inducitur necessaria impotẽtia, vtputà in iuuene vxorato, qui p multos annos filios non procreauit. Nàm potest procreare; quà spe attenta vidimus nostris tẽporibus concessum assensum Principi Montismilitum vt possit de feudalibus disponere in vita, & in morte in personas extraneas, quia erat iuuenis aptus

Digitized by Google

ad procreandum filios si mortua præsente vxore aliam duceret, & hic assensus fuit concessus immediatè à Rege.

4 Sic etiam in eo, qui est iuuenis aptus ad procreãdum, & non habet vxorem, nam cum rationabiliter possit vxorem ducére, & filios procreare solent assentiri Proreges, *ex doctrina Isern. in l. Imperialem §. præterea Ducatus circa principium versic. si tempore diuisionis de prohib. per Frid. Reg de Ponte in allegato §. 3. nu. 29. Reg. Rouit. in d. pragmat. 4. de feudis nu.* 18. *versic. nam quando rationabiliter*. Vbi concludit contra supradictam opinionem
5 *Reg. de Ponte*, quòd Proreges possunt assentire alienationi feudorum faciendæ per eos, qui habent filios lenes, egros, vel aliter impeditos ad procreandum, nam pragmat. loquuta est de carente successore, & non successore successoris, & sic tantùm de primo, & immediato; & *Reg. de Ponte*, qui contrarium dixit postea mutauit sententiam, vt refert *Molsef. in addit. ad consuetudin. Neapolit. in titul. de successione ex testamento quæs.* 1. *num.* 19. subdens audiuisse ab eodem Regente de Ponte fuisse iudicatum, & practicatum iuxta opinionem Reg. Rouiti, & in
6 casu dictæ pragmat. 4. de feudis is qui habet successorem Clericum siue in minoribus, siue beneficiatum non dicitur illo carere, quia potest dimittere clericatum, *vt diximus infra concluf.* 65.

7 Et vt nihil intactũ relinquatur sufficit successorem adesse tempore actus gesti, licet postea defecerit idem *Reg. de Ponte in §. 4. n. 7. de assensibus Regijs per doctrin Iser. comuniter sequutam in l. Imperialem vbi Camer. fol.* 30. *à ter. lit. P. in fine*, reprobata opinione *Io: Vincentij de Anna de vassallo decrepitæ ætatis nu.* 187.

8 Sed quando feudum hypotecatur à carente successore tunc sufficit assensus Proregis per gratiam Regno concessam, sic refert *Reg. de Ponte in d. tit. de assensibus Regijs §. 4. nu.* 5. Respectu verò exterorum siue agatur de alienatione, siuè de obligatione feudorum semper requiritur assensus immediatè à Rege; & sic fuit intellecta *pragm.* 17. *de feudis*, atque sic fuisse deisum refert *Doctissimus Consil. Theodorus in allegat.* 53. illa potissimum ratione, quia vna vel plures obligationes possent absoluere totum feudum, & dum perueniretur ad necessariam venditionẽ, dispositio *pragmat.* & prohibitio Regia frustrarentur, ad quod allegat *text. in l. 1. in princip. & l. si pupillorum ff. de rebus eorum.*

9 Verũ quando agitur de simplici cessione iurium, & hypotecę facienda per exterum tunc sufficit assensus Proregis, & sic pluries fuit decisum, vt testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 4. nu. 6. & Reg. Rouit. in d. pragmat. 17. de feudis nu. 4.*

10 Limitatur etiam supradicta pragm. in feudis emptis aliena pecunia, vt possit Prorex assentire in alienatione facienda per exteros, *idem Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensibus Regijs §. 4. nu.* 12.

11 Et in terminis dictæ *pragmat. 17. de feudis*, fuit aliàs habitum pro certo, quod extera nupta Regnicolæ tàm viuente viro, quàm eo mortuo durante viduitate habetur pro Regnicola, & potest alienare feuda cum assensu Proregis, nam hoc casu mutando propriũ domiciliũ efficitur de domicilio viri *l. mulieres* 13. *C. de dignitatibus lib.* 12. *Glos. in l. origine C. de municip. et origin. lib.* 10. *sequitur Cagnolus in l. cum quædam puella nu. 3. ff. de iurisdit. omnium Iud. Thesaur. decis.* 123.

SVMMARIVM.

1 *Rex potest alienare demanialia Regni, dummodo ex alienatione non diminuatur honor Coronæ, & Regiæ dignitatis, & nu.* 2.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Rex an poſsit alienare demanialia Regni:

CONCLVS. XXXXII.

1 REx an poſſit alienare demanialia Regni, quę dicuntur eſſe in patrimonio Regis, cuiuſmodi ſunt functiones fiſcales, gabellæ, Doganæ, & ſimilia, de quibus *Iſern. in l. Imperial. §. præterea Ducatus verſic. nec dominus de probibit. per Fred.* Comuniter fit diſtinctio quòd ſi ex tali alienatione fit magna diminutio, ex qua honor Coronæ, & Regia dignitas diminueretur, & tunc non valet, & non ſolùm ſucceſſor, ſed idemmet alienans reuocare poteſt; ſed ſi alienatio eſſet modica, & per illam honor Coronæ, & Regiæ dignitatis non lederetur, tunc ſubſtineretur, *ita Canoniſtæ in cap. intellecto de iure turando, & Feudiſtæ in d. §. præterea Ducatus*, quos refert, & ſequitur *Anna allegat. 69. & alij relati à Reg. de Curte in diuerſorio cap. licet autè fol. 9. nu. 9.* ex arbitrio Iudicis relictum eſt, quæ ſit magna, & modica diminutio ad idem *Camill. de Medic. conſil. 118.*

2 Et quamuis per capitula Papæ Honorij ſit in totum vetita alienatio demanialium, & etiam per extrauagãtem Innocentij Sexti exordientem ad Regnum Siciliæ, de qua *Luc. de Penna in l. 1. C. de capit. ciuium cenſibus eximend.* Tamen *Camer. in l. Imperial. in fine*, quem allegat *Reg. de Curte loco allegato num. 23.* teſtatur quod Reges Regni diſpoſuerunt ad libitum de demanialibus, maximè vrgẽte neceſſitate argumento *tex. in l. 2. C. ad Maced. l. alienationis ff. fam. erciſc. vti Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. nu. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus in promiſſione de vẽdendo feudum requiritur ſecundùm veriorem opinionem.*

ARGVMENTVM.

In promiſsione de vendendo feudum an requiratur aſſenſus.

CONCLVS. XXXXIII.

1 IN promiſsione de vendendo feudum an requiratur aſſenſus altercati ſunt Doctores Regnicolæ ſiquidem *Afflict. in cõſtit. conſtitutionem dilæ memoriæ in 5. notabili quæſt. 11.* tenet non requiri aſſenſum, & eum ſequutus eſt *Regens de Ponte conſil. 86.* vbi per argumentum ſic refert deciſũ in cauſa Aſcanij Rotæ cum Card. Columna *Frecc. verò in 7. limitat. ad eandẽ conſt.* tenuit conttarium, vt requiratur aſſenſus, & ſecundùm hanc opinionem fuit iudicatum per S. C. noſtris tẽporibus, vt teſtatur *Præſ. de Franchis deciſ. 48.* loquens in feudo quaternato, & hoc illa ratione quam licet per dictum pactum de vendendo feudũ oriatur tantummodo actio perſonalis, tamẽ quia tangitur corpus feudi per indirectum, vt teneatur dominus vendere feudum requiritur aſſenſus, *expẽtis per Capyc. deciſ. 51.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum quaternatum ſimplex, & feudum quaternatum mixtum quomodo differant, & nu. 4.*
Feudum quaternatum dicitur omne Caſtrum

ſtrum habens vaſſallos licet non reperiatur deſcriptum in quinternionibus Regiæ Camerę, ſeù Dogana.

3 *Feudum planum ſi deuolueretur ad Regem impropriè dicetur quaternatum.*

5 *In alienatione feudi mixti requiritur aſſenſus Regis, & Baronis, ſed Baroni aperitur, & ei ſoluitur adoba, & releuium.*

6 *Feudum planum, & de tabula ſpectat ad collationem Baronis.*

7 *Non omne feudum quod tenetur in capite à Rege eſt quaternatum.*

8 *Aſſenſus Regius quaternat, & id quomodo intelligatur nu. 9. & 10.*

ARGVMENTVM.

De differẽtijs feudi quaternati recti quaternati mixti, & feudi plani, & de tabula.

CONCLVS. XXXXIV.

1 FEudum quaternatum ſimplex, & rectum, eo differt à feudo quaternato mixto, q̃ dicitur etiam feudum quaternatum ſecundùm quid, & à feudo plano, & de tabula. Nam primum illud tenetur in capite, & immediatè à Rege, & ad illius collationem ſpectat, ſiuè habeat vaſſallos, ſiue non, & deſcriptũ reperitur in quinternionibus Cameræ, *Iſern. in cap. 1. de controu. feudi apud par. term. et in c. 1. de capit. qui cur. vẽd. §. ſimiliter poteſt verſ. feudum ergò Camerar. in l. Imperialem fol. 63. lit. A. licet in conſtit. Magnæ Curiæ noſtræ* dicatur in quinternionibus Doganæ, & non Regiæ Cameræ.

2 Quaternatum etiam dicitur omne Caſtrum habẽs vaſſallos licet in quinternionibus non reperiatur deſcriptũ, *prout Iſern. in d. cap. 1. de controu. feud. & Camer. in loco allegato fol. 72. col. 3. verſ. Tertia concluſio.*

3 Et eſt adeò verum, quòd feudum quaternatum ſpectat ad Regem, quod ſi propter delictum Baronis Regi deuolueretur feudum planum ĩmpropriè in poſterum tale feudũ diceretur quaternatum *Ioſeph Cumia dè ſucceſſ. feudi in verbo in capita fol. 87. nu. 6.*

4 Feudum verò mixtum, ſiuè quaternatum ſecundùm quid eſt illud, quod licet ad Regis collationem ſpectet; attamen Rex confert tenendum à Barone. Hæc ſunt verba *Iſer. in cap. vnico de cap. Corrad. poſt num. 21.* ſequitur *Camerar. fol. 70. 1. col.* & in alienatione 15 iſtius fudi requiritur aſſenſus Regis, & Baronis, & Baroni aperitur, & Baroni ſoluitur adoha, & releuiũ *Camer. d. fol. 70. lit. K.* vbi concludit, quòd excepta collatione, reliqua ſpectant ad Baronem, *& fol. 73. lit. P.* licet per capitula Papæ Honorij conceſſa eſſet poteſtas Baroni conferendi feuda quaternata mixta, quod non ſeruatur. Nam à Rege conferuntur, vt ſupra diximus *per conſtit. poſt mortem.*

6 Feudum verò planum, & de tabula, ideſt de tabula raſum dictum etiam Ruſticum, eſcadentiale, & Actenaſia *Afflict. deciſ. 282.* ſpectat ad collationẽ Baronis nam poteſt Baro *per conſtitut. Conſtitutionem diuæ momoriæ* res eſcadentiales, incultas, & inutiles feudo ſubinfeudare ſine aſſenſu ad certã partem fructuum, prout diximus ſupra *concl. 8.*

7 Datur etiam quartum genus feudi, quod tenetur in capite à Rege, & non eſt Caſtrum nec quaternatum cũ hoc geſtũ non ſit in inueſtitura, vt ſit quaternatum, de quo *Afflict. deciſ. 282. nu. 4. & Camer. in loco allegato fol. 69. lit. O.* & an feudum planum, & de tabula poſſit teneri in capite à Rege, acerrimè diſputat articulũ *Fulu. Lanar. Doctiſſimi Fiſci patr. Reg. Cam. in addit. ad lectur.*

Digitized by Google

clùr. feud. Regentis Lanarij fol. 145. *nu.* 101. *cum ſeq.*

8 Fit ergo feudum quaternatum per Regis aſſenſum, & hinc dicimus, quòd ſolus aſſenſus quaternat *Iſer. in d. cap.* 1. *de controuerſia feudi apud par. Frecc. in loco allegato, & Camer. fol.* 69. *lit. H.* vbi reprobat *Afflict. in deciſ.* 282. *nu.* 3. dicentem, quòd ſimplex aſſenſus non quaternat feudum aliàs planum niſi dicat Rex do in feudum quaternatum.

9 Declarantur prædicta quando fieret ſubinfeudatio per Regem de re exiſtẽte in diſtrictu terræ demanialis exiſtentis in manibus Regis nam hoc caſu ſolus aſſenſus quaternat; ſed ſi ſubinfeudatio fieret de re exiſtente in terra Baronis tunc non ſufficeret ſimplex imo nec plures aſſenſus ad faciendum feudum quaternatum, ſed requiruntur triginta anni ad præſcribendum illam qualitatem tàm reſpectu domini, quam reſpectu tertij vigore *cap. ſi quis per* 30 *ſi de feudo defunct. milit. & conſtitutionis conſuet. prauam Iſer. in cap.* 1. *col. penultima de contr. feud. apud. par. n°* 12.

10 Id quod diximus, quòd aſſenſus Regis quaternat intelligitur de primo aſſenſu habente vim nouæ inueſtiturę, quod ſecus eſt in cęteris aſsẽſibus impetratis ad tollẽdum obſtaculum *Iſer. in conſtitut. ſi quis Baro Reg. Rouit. in rubr. de feudis nuu* 71. *vbi num.* 59. recedit à diſtinctione in hac materia tradita per *Reg. de Ponte in lectur. feudal. lectur.* 1. *à nu.* 75. *vſque ad* 100. *& de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſibus Regijs §.* 2. *nu.* 14.

ARGVMENTVM.

Inueſtitura quomodo olim fiebat, & quomodo fiat hodie.

CONCEVS. XXXXV.

1 INueſtitura de iure communi feudorum fiebat propriè quando dominus præſentialiter inducẽdo inueſtitũ in rem donatã tradebat

2 poſſeſſionẽ. Impropria, & abuſiua verò quando ſine re dominus dicebat inueſtio te porrigendo vas, vel haſtam, vel ſimilia, per quem modum non acquirebatur nec dominium, nec poſſeſſio, ſicut per primum modum vtrumque *Iſer. in cap.* 1. *per quos fiat inueſtitura ex l. cleuibus C. de contrabenda empt.*

3 Non modica erat differentia inter primum, & ſecũdum modum, cùm per primum in totum dicebatur feudum conſtitutum, per ſecundum autem poterat dominus ante realem traditionẽ alteri concedere feudum, quod non erat in primo caſu *l. fin. in principio C. de loc. præd. ciuil. lib.* 10. *Iſer. loco alleg. nu.* 3.

4 Tamen vaſſallus poterat agere contra dominum ad intereſſe, *Iſer. in cap. vnico de noua forma fidel.* & poterat eo caſu dominus priuari proprietate *idem Iſer. in cap.* 1. *de cap. Corr. poſt num.* 2.

5 Hæc inueſtitura de iure communi feudorum probabatur per pares Curię 1 hoc eſt per duos teſtes vaſſallos domini, & in defectum per extraneos *cap.* 2. *§. ſi verò: quid ſit inueſtitura Camer. in l. Imperialem fol.* 8. *lit. L. Reg. de Curte in diuerſorio cap. vt igitur fol.* 31. *à ter.*

6 Probatur etiam per breue teſtatum hoc eſt inſtrumentum ſubſcriptionibus vallatum. Poſtremo per iusiurandum

Iſer.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura qualiter fiebat olim, & quotuplex erat. nu.* 2. *& & de earum effectu nu.* 3. *&* 4.

5 *Inueſtitura de iure communi feudorum probatur per pares Curiæ, & per breue teſtatum, nu.* 6.

7 *Hodie loco ſolemnis inueſtiturę conceduntur literæ aſſecurationis.*

8 *Inueſtitura prima eſt origo radix, & fundamentum omnium ſequentium.*

Digitized by Google

Iſer. in d. cap. 1. quid ſit inueſtitura in verſ. quid ſi iurare.

7 Sed hodie in inueſtitura primæ cõceſſionis expeditur priuilegium ſine ſolemnitate prædictorum verborum, vt teſtatur *Georg. de feud. c. 21. u. 10.* Inueſtitura autem confirmatoria fit per aſſecurationem vaſſallorum præſtando, & recipiendo iuramentum fidelitatis iuxta diſpoſitionem *pragm. 19. de feudis, vt diximus ſupra concluſ. 38.*

8 Et in hoc animaduertendũ eſt quòd inueſtitura prima eſt origo, radix, & fũdamentum omnium ſequentium inueſtiturarum *Bald. in cap. 1. de eo, qui ſibi, vel hæredibus ſuis, & in cap. 1. de feudo guardiæ Zaſius in Epitome feudorum p. 6. nu. 23.* & ſecundùm primàm inueſtituram omnes aliæ intelligi, & declarari debent in dubio *Schrader conſ. 3. nu. 45. Afflict. decis. 195. nu. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Separatio bonorum remedium à Prætore inductum, ne creditores defuncti, excludantur à creditoribus hæredis vtrum locum habeat in feudis valdè controuertitur, & nu. 2.*

3 *Separationis bonorum remedium non habet locum in feudis, & hæc eſt verior opinio.*

ARGVMENTVM.

Separatio bonorum an habeat locum in feudis.

CONCLVS. XXXXVI.

1 SEparatio bonorum eſt remedium à Prætore inductum maxima ſuadente æquitate, vt creditores defuncti nõ excludantur à creditoribus hęredis iuxta *tex. in l. 1. §. eſt igitur ff de ſeparationibus*, etiam ſi ſint chyrographarij. Nam cum per aditionem hæredis erat effectum vnicum patrimonium hæreditas defuncti, & bona hęredis (loquimur enim attento iure digeſtorum, quo tẽpore erat incognitum inuentarium) Prætor ne creditores defuncti remanerent priuati ſuis iuribus induxit hoc remedium ſeparationis, quod deſtruit aditionem, & reducit bona ad primam naturam, ita vt bona hæreditaria ſint in bonis defuncti, & ſic reſoluitur hypoteca contracta ab hærede ob reſolutionem iuris datoris vulgata *l. lex vectigali ff. de pignoribus*, ex quo fit, vt creditores defũcti chyrographarij prę-ferantur creditoribus hæredis etiam hypotecarijs, & hoc remedium competebat per ſpatium quinquennij, *vt in d. l. 1.*

2 Verum autem hoc ſeparationis remedium habeat locum in feudis fuit aliàs valdè controuerſum in S. C. pro ut refert *Anna allegat. 30.* qui rationes pro vtraque parte adducit, & inclinat in affirmatiua.

3 Vera tamen opinio eſt negatiua, & ſic fuit per S. C. deciſum, vt idem *Anna refert in fine dictæ allegationis 30.* & poſtremò *Conſil. Georg. in allegat. 18. in fine*, & nouiſſimè *Doctiſſ. Conſil. Teodori in allegat. 83.*

Et licet *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. §. 8.* teneat opinionem affirmatiuam vbi reſpondet argumentis *Conſ. Georgij*, tamen verior opinio eſt negatiua ſecũdùm quam decidit Sac. Conſ.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca ſuper feudo non contrahitur ſine aſſenſu.*

2 *In pretio redacto ex feudo vtrum creditores ſine aſſenſu præferantur alijs poſterioribus aſſenſum habentibus, et nu. 3 & 4.*

5 *De pecunia feudi venditi ſatisfactis prius creditoribus cum aſſẽſu ſatisfiet poſtea creditoribus ſine aſſenſu, quibus*

Digitized by Google

bus competit etiam actio pro vēdi faciendo feudum in ſubſidium.

6 *Pretium feudi venditi ad inſtantiam creditoris cum aſſenſu ſi debitor careat ſucceſſore ponitur in tuto pro futuro intereſſe fiſci ſatisfactis prius dictis creditoribus cum aſſenſu.*

ARGVMENTVM.

De hypotecha contrahenda ſuper feudo, & de Prælatione creditorum in pretio feudi.

CONCLVS. XXXXVII.

1 HYpotecha ſuper feudo non contrahitur ſine aſſenſu, vt comuniter feudiſtæ *in l. Imperialem de prohib. feudi alienatione per Fridericum.* per illum text. Hinc eſt quòd creditor cum aſſenſu tanquam hypotecarius præfertur cuicunq; creditori anteriori ſine aſſenſu, & ſic chyrographario, vt vulgare eſt.

2 Sed in pretio redacto ex feudo cùm non ſit feudale, prout *Iſern. in cap. 1. §. & plaustrorum in fine quæ ſint regalia*: poteſt dubitari, quòd creditores priores etiam ſine aſſenſu præferantur alijs poſterioribus habentibus aſſenſum, quando venditio eſt voluntaria ex illatione *Reg. de Curte in 1. par. diuerſorū feudalis in cap. incipiente In hoc igitur fol. 19. à ter. nu. 8.*

3 Sed ſi fuerit facta venditio feudi eſt pacto de retrouendendo ſequuta reemptione creditores venditoris anteriores ſine aſſenſu præferuntur poſterioribus habentibus aſſenſum ex prædicta ratione, & ex alia etiam, quia ob reſolutionem iuris datoris reſoluuntur hypotecæ medio tempore contractæ ex vulgata *l. lex vectigali ff. de pignoribus, vt ſupra concluſ. 33. ex deciſ. de Franch. 64.*

4 Verumtamen eſt, quòd de ſtylo, & obſeruantia Sac. Conſ. vt teſtatur *idem Franch. in d. deciſ. 64.* quando venditur feudum ſub haſta in pretio redacto ex eo præferuntur creditores cum aſſenſu creditoribus anterioribus non habentibus aſſenſum ex illa ratione, quia cùm hypotecæ creditorum habētium aſſenſum non ſint reſolutæ per venditionem, & illi poſſint venire iure aſſiſtendi ſuper feudo vendito, & emptor feudi poteſt agere pro euictione contra creditores non habentes aſſenſum, ad euitandum hunc circuitum factum eſt, vt huiuſmodi creditores ſine aſſenſu excludātur à poſterioribus habentibus aſſenſum, & ſic paſſim ſemper fuiſſe iudicatum per omnia tribunalia, refert *Reg. de Curte in loco allegato numer 9.*

5 Sed ſi pecunia pretij prædicti ſupereſſet eo caſu de ſuperfluo ſatisfit etiam creditoribus in actione perſonali, qui creditores quādo feudum poſſeditur à debitore obligante poſſunt vigore perſonalis actionis illum compellere ad vendendum feudum, vt eis ſatisfiat de eorum creditis, in ſubſidium tamen nō extantibus alijs bonis allodialibus, pro ut *Franciſcus de Amicis qui alios adducit in eius lectura feudal. in cap. incipiēte Et hæc fuit ratio fol. 10. & nos diximus concluſ. 1.*

6 Sed ſi contingerit vendi feudum ad inſtantiam creditoris cum aſſenſu, & debitor careat ſucceſſore, tūc id quod ſupereſt de prerio ponitur in tuto conuertendum in emptionem pro futuro intereſſe fiſci ſucceſſoris in ſpe *Reg. de Ponte in ſapius allegato tractatu de pacteſtat. Prorog. in tit. de regalib. impoſit. §. 7.* ad ſimilitudinem rei fideicommiſſo ſubiectæ.

AR-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium iuuat in feudo ex pacto, et prouidentia quod ſecus in hereditario num.2.*

3 *Feudum ex pacto nouum eſt ſicut hereditarium, & ideo in eo non iuuat inuentarium,quod declaratur nu.4.*

ARGVMENTVM.

Inuentarium an iuuet in feudis.

CONCLVS. XXXXVIII.

1 INuentarium iuuare in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario vulgare eſt apud feudiſtas,nam cùm dictum feudum ſpectet ad ſucceſſorẽ ex perſona propria tranſmiſſione,& nõ ſucceſſione *vt diximus in concluſ.7.* ad inſtar rei fideicommiſſo ſubiecte, & ſic non iudicio textatorit, debet illud habere incolumẽ,& ſine grauamine *cap. 1. an agnatus Frecia de ſubfeudis author.* 44. quem ſequitur, & refert cum alijs *Fabius de Anna conſ.5.*

Et ſic ſucceſſori in dicto feudo iuuat inuentarium, nam ſi illud confecerit non tenetur ad debita,& onera defuncti, ſed inuentario non confecto tenebitur de feudo tanquam de re propria ex pœna inducta *per l.fin. C. de iure deliberandi Loffred. conſ.1. nu.145. Aſſl. deciſ.112.*

2 In feudo verò hæreditario dicimus non iuuare inuentarium, ex quo ſucceſſor in illo vti hæres tenetur ad onera, & ſic inuentarium non proficit *de Ponte conſ.75.ante nu.13.lib.2.*

3 Et quoniam feudum ex pacto nouũ eſt ſicut hereditarium,in tali feudo nec iuuat inuentarium, *Frecc. de ſubfeud. author.29.nu.10. de Franch.deciſ.368. nu.4.Fab.de Anna conſ.5.*

4 Sed in hoc iuuat tantùm, vt non teneatur vltra feudi valorem ſicut teneretur ſi non confeciſſet inuentarium *Reg.de Ponte conſ.26.nu.6.*& hinc cautela ſit,vt ſemper fiat inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Feuda ſimillima ſunt officijs, et dignitatibus, imo officia ſtrictiorem habent naturam,quàm feuda.*

2 *Officialis non poteſt diſponere de officio ſine aſſenſu,nec in vita, nec in morte, etiã quod ſit cõceſsũ in burgenſaticũ.*

3 *Officia ſicut feuda prohibentur poſſideri ſine titulo.*

4 *Conceſſa poteſtate officiali nominandi ſucceſſorem,ſi non fuerit facta nominatio, et deceſſerit ſuccedit hæres ab inteſtato.*

5 *Differentiæ multæ conſiderantur inter feuda,et officia, et inter cæteras circa ſucceſſionem in linea collaterali,et n. 6.et 7.*

ARGVMENTVM.

De differentijs feudorũ, & officiorum.

CONCLVS. XXXXIX.

1 FEudis ſimillima ſunt officia, & dignitates, & conueniũt natiuitate, vtilitate, & vita *Franciſcus de Amicis in tit. de his qui feud. dare poſſunt in cap. dicebam fol. 63.* imo officia ſtrictiorem habent naturam quàm feuda *Capyc. deciſ.77. Reg. de Ponte deciſ.28. nu.62.Reg.Rouit,qui alios allegat deciſ. 72.nu.74.poſt Gramat.deciſ.59.nu.15.*

2 Et ideo ſicut feudatarius nõ põt diſponere de feudo ſine aſsẽſu ita officialis non poteſt diſponere de officio nec in vita,nec in morte ſine aſſenſu,etiam quòd ſit conceſſum in burgenſaticum, nam officia ſunt de regalibus, *Capyc. in*

inue-

Digitized by Google

inueſtitura in verbo gabellis verſ. item nota Frecc. de ſubfeud. lib.2. auctor.3. ſub num.9.poſt Afflict.in conſtitut.ſcire volumus num.3. quos ſequitur Conſil. Georg.in lectur.feudal.cap.54.n.37.

3 Officia etiam ſicut feuda prohibẽtur poſſideri ſine titulo, & ſi quis ſpoliabitur non reſtituetur non docto de titulo iuxta *tex.in cap.ad ſedes de reſtit. ſpoliatorum idem Capyc. deciſ.77.num.12.Afflict.deciſ.197.*

4 Et circa officia animaduertendum eſt,quòd conceſſo alicui priuilegio, vt poſſit aliquem nominare ſucceſſorem ſi deceſſerit non facta nominatione ſuccedit hæres ab inteſtato *vti DD.in l. vnum ex familia §. ſed ſi vno vbi gloſa in verbo hæres extitiſſe ff.de legat.2.*

5 Multæ tamen conſiderantur differentiæ inter feuda, & officia, & inter cęteras illa eſt nã in feudis coharctata eſt ſucceſſio in linea collaterali vſq;ad ſeptimum gradum de iure communi feudorum, licet de iure Regni ſit reſtricta vſq; ad tertium ſimpliciter,& in vno caſu vſque ad quartum, vt latiùs diximus ſupra *concluſ.23.*

6 In officijs verò conceſſis hęredibus & deſcendentibus ſucceſſio in linea collaterali fit,vel ad inſtar feudorum planorum vſq; ad ſeptimum, *vti Iſer. in l. Imperialem fol.69. lit.O.* Vel attento iure communi Romano vſq; ad decimum *vti Reg.Rouit. firmat in dec.72.n.66.*

7 Mihi tamen verius videtur, quòd ſucceſſio in officijs in linea collaterali non ſit regulanda ſecundùm ius commune Romanum, ſed potius ſecũdùm feudorum planorum ſucceſſionem. Nam officia habent ſtrictiorem naturam,breuiorem vitam, & faciliorem extinctionem,quàm feuda, vt poſt *Capyc. in allegat. deciſ.77. docet Reg. de Ponte in conſ.136.nu.6.lib.2.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula decreti irritantis, & annullatiui quid operetur, & nu.2. & 4.*
3 *Creditor cum aſſenſu per verbum fiat, excluditur à creditore anteriore ſine aſſenſu elapſo biennio, & non redacto aſſenſu in forma probanti.*
5 *Regiſtratio aſſenſus an, & quando requiratur.*

ARGVMENTVM.

De clauſula decreti irritantis, & annullatiui.

CONCLVS. L.

1 CLauſula decreti irritãtis, & annullatiui, de qua *in c. dilecto verſ. niſi forte de probationibus Bald. & cateri in l. non dubium C. de legibus* operatur, vt niſi contenta in priuilegio, & conceſſione adimpleantur in forma ſpecifica redditur priuilegium nullum *Gloſ. in cap.cum dilecta de reſcriptis*, ita vt per equipollentia non poſſit ſuppleri *Reg. de Ponte conſil.5. nu.74. lib.1. & Reg. Tappia deciſ.S.C.3.in princ.*

2 Hoc practicatur inter cætera in aſſenſu expedito per verbũ fiat, quod debet regiſtrari infra biennium aliàs habetur pro non præſtito vigore *pragmat.1.& 2.de fide memorialium*, nam elapſo biennio, conceſſio nullum habet vigorem, vt firmat *Preſ.de Franch. deciſ.663.nu.3.*

3 Hinc euenit,quòd liberata pecunia pretij rei feudalis creditori cum aſſenſu obtẽto per verbum fiat excluſo creditore anteriore ſine aſſenſu, elapſo biennio, & non redacto aſſenſu in forma

mam ſolemnem creditor iſte Chyrogra harius auocabit pecuniam, ab illo creditore, ex quo cauſa reducta ad nõ cauſam ambo remanẽt Chirographarij, & inter eos primus præfertur ex vulgatis iuris regulis, ita *Reg. de Ponte* concludit poſt diſputatum articulum *de poteſt. Proreg. titul. 7. §. 9. num. 5. & deciſ. S. C. refert Franciſcus de Amicis in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt fol. 15. cap. dixi in fine*, quẽ in hoc eodem articulo adducit *Reg. Tappia in deciſ. S. C. 8. num. 6.*

4 Idem eſt in quolibet aſſenſu cum clauſula annullatiua, irritante, & reſolutiua, *Affl. deciſ. 335. Reg. Lanar. conſ. 33. num. 5. Reg. de Ponte conſ. 5. num. 32.* quos cum alijs allegat *Reg. Tappia in d. deciſ. 8. num. 12.* in qua refert deciſionem S. C. quòd hoc caſu reſoluto contractu emptor tenetur reſtituere fructus, & venditor intereſſe pretij.

5 Verum eſt tamen, quòd in aſſenſu ſiuè agatur de translatione dominij, ſiuè de ſimplici hypoteca, non eſt neceſſaria regiſtratio, & vt plurimum regiſtratio procedit de ſtylo Cancellariæ, qua non facta non redditur nullus aſſenſus, niſi expreſsè hæc clauſula apponatur in corpore priuilegij aſſenſus, tunc enim ſi non regiſtretur annullatur actus vti ex *Afflict. & Reg. de Ponte ſuperiùs allegati, tradit Reg. Rouit. in pragmat. 1. num. 12. de fide. memorialiũ, & dec. 84. n. 2. qui poſtea n. 3.* refert deciſionem R. C. facta relatione in Collat. Conſil. per quam fuit declaratũ prædicta procedere in translatione dominij tãtùm, tũc enim ſi clauſula regiſtrationis eſt appoſita in corpore priuilegij debet fieri regiſtratio, ſecus autem in ſimplici obligatione, & hypoteca.

SVMMARIVM.

1 *Allodialis præſumitur res potius quàm feudalis ex præſumptione libertatis, & exemptionis, & iſta præſumptio ſufficit ad obtinendum contrario non probato, & nu. 4.*

2 *Allodium dicitur quaſi aliundè queſitum, & à nemine recognoſcitur niſi à ſolo Deo.*

3 *Allodium, & burgenſaticum idem sũt.*

5 *Feudalia præſumuntur omnia, quæ ſunt intus aliquod feudum Barone poſſidente, quod ſecus eſt poſſidente tertio.*

6 *Allodialis res probatur ex deſcriptione in inuentario, ſeù cataſto publicè confecto.*

7 *De coniecturis rei feudalis, & allodialis remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De præſumptione feudi, & allodij.

CONCLVS. LI.

1 REs præſumitur potius allodialis, quàm feudalis ex præſumptione libertatis, & exemptionis (allodium enim dicitur quaſi aliunde queſi-
2 tũ, quod à nemine recognoſcitur niſi à ſolo Deo, *l. ſi familiæ C. familiæ erciſcundæ*) *Iſern. in cap. 1. in verſ. item ſi ſine de controuerſ. feud. inter maſc. & fem. Capyc. in inueſt. in verſ. feudorum allodia Frecc. de ſubfeud. auth. 29. n. 3.*

3 & idem eſt allodium quod burgenſaticum, *vt Capyc. in loco allegato fol. 42. Præſ. de Franch. deciſ. 1. num. 6. in fine, & Reg. Rouit. deciſ. 72. num. 22.*

4 Et iſta præſumptio ſufficit ad obtinendum contrario non probato, *Iſer. in cap. 1. §. an autem verſ. ſi vero in principio num. 6. de controuerſia inueſt. Camill. de Medic. conſ. 66. nu. 1.*

5 Regula ſuprapoſita limitatur in illis territorijs, qui reperiuntur intus aliquod feudũ, nam præſumũtur feudalia Baro-

Digitized by

6 Barone poſſidente non data diuerſitate tituli, ſed ſi poſſidet tertius præſumuntur allodialia *Afflict. deciſ. 267. Reg. Rouitus conſil. 101. lib. 2. ex Iſern. in cap. 1. in verſic. quidam tamen in additione in principio, de controuerſ. inter maſculum, et fœminam, quem ſequitur Regens Lanarius conſil. 2. in principio,* & de alijs limitationibus videatur *Regens Rouitus in rubrica de feudis numer. 6.*

Sic etiam bona deſcripta in inuentario, ſiuè cataſto publicè confecto feudalia eſſe præſumptiuè probantur *Ardizon. in ſumma in titul. quibus modis feud. amittat. cap. quid ſi dubitatur, Paris de redintegrat. feud. fol. 46. poſt num. 15.* quos refert, & ſequitur *Camill. de Medic. dicto conſil. 66. num. 5. et 6. vbi num. 7.* tradit, quòd huiuſmodi in inuentaria publicè confecta dicuntur libri cenſuales, & propterea plenè probãt, ad quod allegat *text. in cap. ad audientiam de probationibus, et in l. cenſus ff. de probationibus Iſern. in cap. 1. in fine, ex quibus cauſis feudum amittatur.* Sed numquid probet cõtra tertium videatur *Affl. deciſ. 324. num. 14.*

7 De coniecturis verò, quibus bona præſumantur feudalia agit plenè *Ioan. Franc. Capiblanc. iam meritiſſimus Iudex M. C. qui originem repetit ab Illuſtri Beneuẽtana Capiblanc. familia in eius doctiſſimo tractatu de authorit. Baronum pragmat. 8. num. 200.*

SVMMARIVM

1 *Feudum ex pacto antiquum alienari nequit ſine conſenſu agnatorum, et filiorum, aliàs ijdemmet confecto inuentario poſſent reuocare.*

2 *Agnati opus eſt quòd ſint nati tempore alienationis, filij verò ſufficit, quòd ſint concepti, vt reuocare poſſint alienationem feudi ex pacto.*

3 *Reuocandi ius transmittitur ad ſucceſſores.*

3 *Reuocatio feudi ex pacto alienati ſine conſenſu filiorum, et agnatorum diuerſimodè ab ijſdem fit.*

5 *Alienatio feudi ex pacto competit filijs ſtatim, reſtituto tamen pretio; agnatis verò competit poſt mortem alienantis abſque reſtitutione pretij.*

6 *Agnatus eſt melioris cõditionis quàm filius circa reuocationem alienationis feudi ex pacto.*

7 *Feuda hæreditaria alienari poſſunt inuitis filijs, et agnatis contra Affl. deciſ. 112. cuius dictum declaratur, et num. 8.*

ARGVMENTVM.

Alienatio feudi ex pacto non hæreditarij, & antiqui quomodo à Filijs, & Agnatis reuocari poſsit.

CONCLVS. LII.

1 FEudum ex pacto antiquum alienari nequit ſine conſenſu filiorum, & agnatorum, aliàs ijdem poſſent reuocare confecto inuẽtario cũ infraſcriptis diſtinctionibus *Iſer. in cap. 1 de ſucceſſ. feudi in verbo, & alim numer. 9. Afflict. deciſ. 112. & 248. Capyc. deciſ. 64. Grammat. deciſ. 103. numer. 215. de Franch. deciſ.*

ciſ. 1. num. 28. & deciſ. 623. numer. 1.

2 Et reſpectu agnatorum opus eſt quòd ſint nati tempore alienationis; reſpectu verò filiorum ſufficit quòd ſint concepti *Iſer. in d. verſ. & olim nu. 9.*

3 Et tàm filij, quàm agnati tranſmittunt ius reuocandi ad ſucceſſores, vt puta ſi mortuo alienante, moriatur filius, vel agnatus antequam reuocet alienationem relicto filio, ſiuè vxore prægnante; nam filius natus, ſicuti poſthumus poterunt reuocare *Iſern. in Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ vbi Afflict. col. 3. verſic. ſed iuxta hoc quæritur, & de Franch. in dicta deciſ. 623. numer. 1.*

4 Et Agnati reuocantes veniunt hoc caſu directa actione, non tanquam ad hęreditatem alienantis, ſed immediatè, ità ac ſibi ipſis feudum ſpectaret, quod ſecus eſt in filijs *Iſern. in l. Imperialem num. 38. in fine, & Capyc. in inueſtit. in verbo feudorum agnati in princip.*

5 Inter agnatum, & filium hæc eſt præcipua differentia, nam alienato feudo ex pacto ſemper præſupponimus, aſſenſum domini acceſſiſſe, alias abſque diſtinctione poſſet filius, & agnatus reuocare vigore *Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ)* Agnatus expectata morte alienantis reuocabit ſine pretio. Filij verò reuocare poterunt ſtatim non expectata morte reſtituto pretio *Iſern. in dicto verſic. & olim num. 5. Aluarot. in cap. Titius ſi de feud. fuer. controu. Capyc. in inueſtit. in verbo feudorum Agnati in fine verſ. Agnatus Reg. de Ponte de ſucceſſ. feudi lection. 10. aliàs 19. in ordine nu. 25.*

5 Et propterea dicitur, quòd agnatus eſt melioris conditionis, quàm filius, nam reuocat ſine pretio *vti Iſern. in d. verſic. & olim nu. 5. quia maior reuerentia debetur à filio patri, quàm ab Agnato.*

7 Feudum verò hæreditarium cuiuſmodi ſunt ferè omnia feuda in Regno poterit per patrem alienari cum aſſenſu contradicentibus filijs, & agnatis *vti Iſern. de alienat. feudi patern.* nam feudum hæreditarium nõ poteſt filius habere niſi ſit hæres *cap. 1. an agnatus, cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feudi Afflict. in deciſ. 112. num. 3.* vbi licet dixerit, quòd pater non poteſt alienare feuda antiqua de iure Francorum ſine cõſenſu primogeniti, intelligendus eſt *Afflict.* quòd loquutus ſit de feudo non hæreditario, vel ſi de hæreditario, de eo tamen feudo, quod conceſſum fuit patri contemplatione filij, quo caſu pater non poteſt alienare contradicente filio *Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellus 3. colum. verſic. quid ergò ſi dictum ſit de alienatione feudi pater.* quod etiam annuit *Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 112. nu. 6. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Neapolitanis dotibus eſt conceſſus tacitus aſſenſus, et de eius effectu.*

2 *Neapolitanis dotibus aſſenſus conceſſus procedit in conſtitutione, aſſecuratione, et reſtitutione dotis.*

3 *Neapolitana mulier orta, et oriunda etiam naturalis gaudet priuilegio taciti aſſenſus.*

4 *Neapolitan. priuilegium circa dotes viget ſtatim quod ſunt firmata capitula.*

5 *Neapolitan. priuilegium taciti aſſenſus pro dotibus vendicat ſibi etiam locum in feudis titulatis.*

6 *Neapolitan. priuilegium taciti aſſenſus viget etiam in feudis, quorum dominus ſucceſſore caret.*

7 *Neapolitan. priuilegium taciti aſſenſus procedit in beneficium omnium, quibus eſt facienda ſolutio, ſeù reſtitutio dotium, et etiam in mutuo dependente ex cauſa dotiũ.*

8 Nea-

8 *Neapolitanorũ priuilegium taciti assensus pro dotibus præcedit vtilitatem, & non in subsidium, etiam contra fiscum.*

9 *Neapolitanorũ priuilegium taciti assensus pro dotibus procedit ipsa, quòd bona feudalia sint generaliter obligata.*

ARGVMENTVM.

De priuilegijs dotium Neapolitanarum vigore assensus taciti.

CONCLVS. LIII.

1 NEapolitani ex priuilegijs eis concessis per Regẽ Catholicum, & alios Serenissimos Reges potiũtur tacito assensu, qui appellatur assensus legis fauore dotis, & iurium dotalium, siuè mulier Neapolitana nubat extero, siuè exterus nubat Neapolitanæ, *vt in pragmat. 3. de feudis*, ità vt statim quòd post contractum matrimonium, est confectum instrumẽtum dotale communicatur hoc priuilegium assensus pro restitutione dotis, dotarij, seù antefati, & interesse ipsi instrumento, & omnibus in eo contentis, vt habetur *in cap. 21. fol. 42. & cap. 82. fol. 82. & cap. 14. fol. 105. et cap. 7. fol. 128. et cap. 15. fol. 162. in volumine priuilegiorum, et in pragmat. 2. de feudis*, ità comprobat *Reg. de Ponte de potest. Proregis de assensu Regio super dote tit. 6. in rubrica num. 36. et doctissimus Consiliarius Theodorus in eius allegat. 7. num. 29.*

2 Quod priuilegiũ vendicat sibi locũ nedum in dotis restitutione, sed etiam in ipius *Constitutione, & assecuratione vti Camerar. in l. Imperialem fol. 53. Fulcol. Frecc. de subfeud. lib. 2. quæs. 2. nu. 12. Anna allegat. 95.*

3 Mulieres ergò Neapolitanę siuè ortæ, siuè oriundæ, quæ in omnibus parificantur *l. 1. in princip. vbi glos. ff. ad municip.* hoc priuilegio gaudent, etiam naturales, dummodo naturalis sit orta ex matre Neapolitana, cum non sufficiat, quòd sit nata ex patre Neapolitano, sicut sufficit in legitimis, & naturalibus *de Franch. dec. 452. et Reg. Rovit. in prag. 3. de feud.*

4 Priuilegium prædictum viget, etiam quòd non sit confectum instrumentum dotale, sed sint firmata tantũm capitula, & sequutum matrimonium *Camer. in d. Imperialem fol. 55. lit. G.*

5 Procedit etiam respectu feudorum titularorum per capit. Caroli Quinti anni 1539. *fol. 129.* reassumptum in *pragmat. 8. de feudis vti Reg. de Ponte in loco superiùs allegato.* et etiam respectu feudorum acquisitorum post contractum matrimonium *Versill. ad Afflict. decis. 385. in princ.*

6 Habet etiam locum prædictum priuilegium respectu feudorum, quorum dominus successore caret, quo casu venduntur feuda, & satisfacto credito dotali, reliquum ponitur in turo pro futuro interesse fisci, vti *Reg. de ponte loc. allegatis num. 34.*

7 Vendicat etiam sibi locum dictum priuilegium in beneficium omnium, quibus est facienda solutio, seù restitutio dotium, & interesse, vt *in pragm. 25. de feudis*, & etiam respectu mutui dependentis ex causa dotis, vt in *pragmat. 3. de feudis*, etiam si instrumentum mutui sit celebratum ex interuallo *Camerar. in d. l. Imperialem fol. 52. lit. R. et Reg. de Ponte vbi supra, et etiam in feudis soceri quando interuenit in contractu Anna allegat. 115. num. 6. Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. 7. in princ. num. 14.*

8 Procedit etiam, vt possit agi super feudis recta via absquè discussione bonorum allodialium, & ideo priuilegium non est subsidiarium, vt dixit *Camerar. in l. Imperialem fol.* 51. *litera Q.* & sic pluries fuisse decisum refert *Reg. de Ponte in dicto tit. 6. in rubric. nu.* 15. *& Anna allegat.* 115. Subdens *Reg. de Ponte*, quòd etiam respectu fisci fuit iudicatum dictum assensum esse principalem, & non subsidiarium, ad quod allegat *Annam in d. allegat.* 115. *dicit anna filiutin consil.* 124. *nu.* 4. *vol.* 2. *videatur dubitare de predicta opinione Camer.*

Quod hodie procedit absq; difficultate stante gratia, de qua *in pragm.* 5. *de feudis*, quod in assensibus non ponatur clausula in defectu bonorum allodialium.

9 Sed vtrum hic tacitus assensus operetur quando non sunt expressè obligata bona feudalia, *Camerar. in l. Imperialem fol.* 55. *lit. G.* tenet quòd non operetur, & addentes *ad pragmat.* 5. *de feudis* dicunt sic fuisse iudicatum in causa Consiliarij Villanouæ in *anno* 1571. *Isern. verò in cap.* 1. *qui success. teneant.* dicit, quòd cum fauore dotis est inducta hypotheca legalis omnium bonorum *l. vnica §. & vt plenius C. de rei vxor. action.* quod *tex. in cap. in generali si de feud. defunct. milit. nõ fit recept. in Regno*, vti *Gizzarell. decis.* 88. *n.* 8. vbi cõcludit post disputatum articulum, quod S. C. non discrepauit ab opinione *Isern.* & refert, quòd *Afflict. in d. cap. in generali numer.* 9. testatur sic fuisse decisum per Sac. C. licèt ipse *Afflict.* tali decisioni non consenserit, & refert etiam *Gizzarell.* aliam decisionem relatam *à Ioan: Vincentio de Anna in singular.* 328. *& de vassallo decrepit. etat. nnm.* 43. Quod procedit proculdubio tãto magis in obligatione omnium, & quorumcunque bonorum, vt *Gizzarell. numer.* 9. *versic. secundo dicebatur.*

SVMMARIVM.

1 *Alienans feudum, & illud non tradens non incurrit pœnas cõstitutionis. Constitutionem diuæ memoriæ.*
2 *Constitutum non habet locum in feudis.*
3 *Traditio rei per constitutum non dicitur omninò perfecta traditio.*
4 *Tradens rem per constitutum, tenetur iterum realiter tradere.*

ARGVMENTVM.

Alienans feudum sine assensu, an illud amittat, si nõ est sequuta traditio.

CONCLVS. LIV.

1 ALienans feudum ante traditionẽ, non incurrit pœnas *constitutio. constitutionem diuæ memoriæ, Isern. in cap.* 1. *§. facit comeatũ de prohibit. feud. alienat. per Lotharium*, nam non dicitur alienatio re non traditâ, idem *Isern. in cap.* 1. *de natura success. feudi in additione versic. item contrahit nu.* 21. *& in cap.* 1. *de vassallo, qui contra constitutionẽ Lotharij Camer. in l. Imperialem fol.* 8. *col.* 3. *litera P.* vbi dicit hãc communem esse opinionem, & *fol.* 9. *col.* 2. & 3. concludit re-
2 quiri actualem, & non sufficere traditionem per constitutum sequendo opinionem *Aluareti in cap.* 1. *quid sit inue-*

inueſtitura,cũ conſtitutum non habeat locum in feudis, prout *Iſer. in c. ſi facta ſi de feud.defunct. milit.per tex. in l.quoties C. de rei vendicat.* nàm cùm actus alienationis ſit nullus. Conſtitutum in acto nullo nil operatur *Alex. & cæteri in l.1.§ ſi vir ff.de acquir.poſſeſſ.* nec dicitur omnia feciſſe quoad ſe,qui per conſtitutum tranſtulit poſſeſſionem
3 veram,licèt per actum fictum,nam hæc traditio per conſtitutum, licèt ſit perfecta traditio, non tamen omninò perfecta,cùm remaneat penès alienantem quædàm detentio,vt dicit *Bar.in l.creditores C.de pignoribus.* Et ideo tenetur
4 iterum tradere realiter *per gloſ. in l.Iulianus §.ex vendito ff.de actionibns empti.* vndè cum hoc remaneat adimplẽdum, non eſt perfecta traditio, prout *gloſſ.in l.ſi quis rem ff.de actionibus empti*, ſequitur *Freccia de ſubfeud. lib. 2. prima auctoritate num.8. & 9. etiam ſi adeſſet præcarium, & Camerar.in l.Imperialem fol.9.lit.D.*

SVMMARIVM

1 *Aſſenſſum non tenetur præſtare dominus ſaltim ex intereſſe voluntatis.*
2 *Aſſenſus ſemper dicitur præſtari ex gratia,non ex iuſtitia.*
3 *Aſſensu denegare, quandò non adeſt iuſta cauſa denegandi,iniuria eſt.*
4 *Aſſenſsũ concedi debet quando non adeſt iuſta cauſa denegandi.*
5 *Aſſenſus denegandi cauſæ, quæ ſint, & nu.6.*
7 *Aſſenſus ſi denegatur in caſibus, in quibus præſtari debet, non habetur pro præſtito.*
8 *Aſſenſus habetur pro præſtito, quando dominus promiſit aſſentire, & negat.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus Domini cùm ſit gratia, an debeat de neceſſitate concedi in caſibus nõ prohibitis.

CONCLVS. LV.

1 ASſenſus cũ gratia appelletur illum præſtare non tenetur dominus in alienationibus feudorum, ſaltim ob intereſſe voluntatis, cùm eius, interſit illum, vel alium vaſſallum habere, argumento *l.final. ff.de vſu, & habitatione,Camerar.in l.Imperial. fol.86. lit. I.*
2 *& K.* qui concludit,quòd aſſenſus nũquam dicitur præſtari ex iuſtitia,ſed ex gratia per *Conſil.ſi quis poſt litem.*

Verũ tamen eſt, quòd dũ non adeſt
3 iuſta cauſa denegandi aſſenſum, fieret iniuria petenti, *cap. bonæ memoriæ vbi Abbas poſt gloſ. de poſtulatione Prælatorum.* Cuius text.vigore *Afflict.in d.cõſtitut.ſi quis poſt litem nu.12. & in cap. feudum ea lege ſi de feudo defuncti militis num.9.& 10.* tenet,quòd aſſenſus
4 concedi debeat, quando non adeſt iuſta cauſa cum denegandi,ſequitur *Reg. Lanar.conſil.6. num.12.* qui *num.6.* dicit, quòd ſecundùm communem opinionem Sapiẽtum Regni, Rex tenetur aſſenſum præſtare vaſſallo, quãdo nulla ſubeſt cauſa iuxta illum denegandi, aliàs faceret iniuriam, vti teſtatur ètiã *doctiſſimus, & nunquam ſatis laudatus Conſil.Theodorus alleg.12.nu.7.*
5 Cauſas autem denegandi, vel concedendi aſſenſum, recenſet *Camerar.*

Digitized by Google

in l. Imperialem fol. 39 lit. A. Affict. in d. Conſtit. poſt litem. Capyc. in inueſtitura in verſic. neceſſitas fol 80. *Loffred. in cap.* 1. §. *donare qualiter olim poterat feud. alienare Io: Vincentius de Anna allegat.* 34. *Fabius eius filius conſil.* 29. *nu.* 15. *& Paulus Stayban. iam Aduocatus inſignis in conſ.* 62. *nu.* 3.

Inter cauſas autem denegãdi aſſen-
6 ſum, illa quidem obtinet primum locũ, quãdo feudatarius vellet alienate feudum in odium ſucceſſorum; Hæc enim alienatio prohita eſt *Gloſ. in cap* 1. § *ſed & ſi res, per quos fiat inueſtitura. Camill. de Medic. conſ.* 24 *nu.* 23 *Reg. de Ponte de poteſt. proreg tit.* 10. *de legit. ſeù reſtit. natal. num.* 8. *Anna allegat.* 39. *vbi refert aliquot caſus, in quibus fuit denegatus aſſenſus ex cauſa prædicta.*

Sed ſi dominus negat aſſenſum in caſibus, in quibus præſtare tenetur, nõ
7 per hoc aſſenſus habetur pro præſtito, nàm, vt diximus, aſſenſus ſemper dicitur præſtari ſecundùm gratiã, nõ ſecundùm iuſtitiam, vt *in d. conſtit. ſi quis poſt litem, & Camerar. in allegato fol.* 86. *lit. I. licèt Capyc. in l. Imperialem fol.* 22. *verſic. limita nam licet, & Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 6. §. 1. *nu.* 4. contrarium teneãt. Sed verior eſt opinio Camerarij, & ſic quotidiè obſeruamus.

In vno tantùm caſu aſſenſus habetur
8 pro præſtito, quando dominus promiſit aſſentire, tunc enim per dictam conditionem proteſtatiuam, quam dominus adimplere cogitur, aſſenſus habetur pro præſtito, vti *Camerar. fol.* 30. *lit. G.*

SVMMARIVM.

1 *Alienans feudum ſine aſſenſu, & tradens ſi poſteà reemat antè litem motã, illud non amittit.*

2 *Alienans feudum ſine aſſenſu, poteſt reuocare antè litem conteſtatam per Fiſcum.*

ARGVMENTVM.

Alienãs feudum ſine aſſenſu, & reemens incontinenti, an illud amittat.

CONCLVS. LVI.

1 Lienans feudum ſine aſſenſu, & tradens ſine clauſula ſaluo aſſenſu, ſi poſtcà reemat non excuſatur; quin illud nõ amittat *c.* 1. *in prin. quid iuris ſi vaſſal. poſſ alienat. feud. recup. vbi Aluarot. & Curtius in tract. de feud. par.* 4. *regul.* 1. tamen *Iſer. ſectando æquiorem opinionem in d. cap. quid iuris numer.* 3 *in fine, vbi Aluar. & Bald. quos ſequutus eſt Camerar. ibidẽ fol.* 11. *col.* 2. & 3. tenet, quòd quando alienans reemit in continenti annullando prorſus primũ contractum, & antequam dominus litem mouerit, feudum non amittitur, & *Iſer. ſequitur etiam Capyc. in inueſtitura verbo feudorum alienationes* 4. *limitat argumento l. qui poſſeſſionem ff. vndè vi, & l. quamquam ff. de Iudic.*

Hæ procedunt de Iure communi feudorum, nàm in Regno adeſt aliud
2 remediũ, cum idemmet alienans poſſit reuocare vigore *conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ*, antè tamen quàm dominus ſuper feudi amiſſione litem conteſtatus fuerit cõtra vaſſallum alienantem, vt *Reg. de Ponte de aſſenſu Regio ſuper dote* §. 1. *num.* 10. *poſt Ann. in d. conſtit. n.* 176. *et in allegat.* 140. *nu.* 16 *vt latiùs diximus concluſ.* 26.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *A feudo ad emphiteuſim valet argumentum regulariter.*
2 *De emphiteuſi ad feudum non valet argumentum.*
3 *Feudalis contractus eſt ſimillimus contractui emphiteotico; licet in multis differant. inter ſe, et nu. 4.*

ARGVMENTVM.

A feudo ad emphiteuſim,& è cõtra, an valeat argumentum.

CONCLVS. LVII.

1 A Feudo ad emphiteuſim regulariter valet argumentum quando ius feudorum eſt fundatum in ratione naturali, & iuxtà quidẽ, & non reperitur aliter deciſum de iure cõmuni Romano *Iaſ. in l. 1. col. 10. C. de iure emphiteotic. Preſ. de Franch. dec. 191. num. 5* & licèt *Iſer. in cap. 1. col. 2. an Agnatus*, quem refert, & ſequitur *Camèrar. in l. Imperialem fol. 14. lit. S.* neget conſequentiã à feudo ad emphiteuſim; ſententia tãtorum virorum procedit ſimpliciter, & in caſu exceptionis, quando non adeſt iuſta ratio, qua exiſtente, vera concluſio eſt, ſupra fundata, vt *Præſ. de Franchis* ex *Euerardo* etiã *in locis legalibus loco 12. in allegat. deciſ. 191.*

2 Sed de emphiteuſi ad feudum non eſt validum argumentum, etiam quando feudalis natura non repugnat *Ioan. Bapt. Caccialupus in repetit. cap. 1. de feudi cognitione verſ. venio nunc ad ſeptimum dubium, et Alex. conſil. 5. vol. 5.*
3 *col. 1.* nàm licèt feudalis contractus ſimillimus ſit contractui emphiteotico *Iſer. in cap. ſancimus quo tempore miles*: & ſimilitudines recenſet *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus*, licèt *Speculator in titul. de feudis §. quoniam verſic. 30. in fine dixerit*, nullam inter contractus prædictos adeſſe differentiam, tamen eius dictum reprobatur *à Baldo in cap. 1. verſic. libellariæ de pace conſtantiæ*, quem ſequitur *Aſſl. in præludijs feudorum nu. 63.*

Cùm multæ adſint differentiæ inter contractum emphiteoticum, & feudalem, de quibus *Paris de redintegr. feud. cap. 134. per totum*, vbi inter alias illa eſt præcipua, quòd quando iura feudalia diſponunt contra ius commune, id non extenditur ad emphiteuſim, ſic etiã emphiteuſis non perditur per tranſitũ ad religionem ſicut feudum *Bald. in auth. ſi quas actiones C. de ſacroſanctis Eccleſijs.*

SVMMARIVM.

1 *Regalia reſeruata Principi in ſignum ſuprema iuriſdictionis, & quæ concernunt ſupremum dominium, et maiorem poteſtatem non veniunt in generali, conceſſione, & n. 2.*
3 *Regalia oſſibus affixa Principum, ſunt condere leges, cudere monetam, creare Notarios, & id genus.*
4 *Regalia non affixa, nec coherentia oſſibus Principum, veniunt in generali conceſſione.*
5 *Regalia oſſibus affixa veniunt per clauſulam v3. vt facere poſſit omnia, quæ nos ex plenitudine poteſtatis facere poſſumus.*
6 *Ex communicatione meri, & miſti Imperij facta per Alphonſum Primum Baronibus Regni fuit cõceſſa poteſtas componendi, & aggratiandi delicta.*
7 *Regalia affixa oſſibus, poſſunt Reges concedere alicui illuſtri perſonæ, ſed non generaliter in diminutionem coronæ.*
8 *Regalia maiora, & oſſibus affixa conceſſa alicui illuſtri perſonæ, non tranſeũt in ſingulares ſucceſſores.*

9 Clau-

Digitized by Google

9 *Clauſula in perpetuum comprehẽdit hæredes extraneos, & ſingulares ſucceſſores.*

10 *Regalia reſeruata Principi, ſi ſemel fuerint conceſſa deſinunt eſſe regalia, & tranſeunt ad quoslibet ſucceſſores primi conceſſionarij.*

ARGVMENTVM.

Regalia an, & quando veniant in generali cõceſsione.

CONCLVS. LVIII.

1 COnceſſo Caſtro cum ampliſſimis clauſulis, non veniũt in conceſſione reſeruata Principi in ſignum ſupremæ iuriſdictionis, & quę concernunt ſupremum dominium, & maiorem poteſtatem, de quibus *Afflict. deciſ.* 126. *ità Iſer. in cap.* 1. *quę ſint regalia in verſ. flumina nauigabilia nu.* 6. *vbi Affl. in principio de Franch. deciſ.* 275.

2 Hæc namquè coherẽt oſſibus Principis, & ſeparari difficile eſt, & quodammodo impoſſibile *Lucas de Penna in l.* 1. *in fine de priuileg. ſcholar. lib.* 10. *Pariſ. de ſyndicatu in titul. de exceſſibus* Baronum *in verſic. excedant autem Barones, cum alijs adductis per Reg. Lanar. conſ.* 34. *in principio*, & in his cenſetur electa induſtria, & perſona Principis, *Alberic. in l. fin. C. de iuriſd. omn. Iud.*

3 Huiuſmodi ſunt condere leges; Cudere monetas; Creare Notarios; Cognoſcere de crimine læſæ Maieſtatis; Poteſtas componendi, & aggratiandi delicta, & id genus, vti poſt *Luc. de Penna in loco allegato*, tradit *Præſ. de Frãch. deciſ.* 275. *ſupra allegata. & Camer. in l. Imperialem fol.* 80. *lit. B.*

Licèt *Iſer. in rub. quæ ſint regalia nu.* 3. teneat, quòd in generali conceſſione veniant regalia, etiam maiora, & oſſibus affixa.

4 Quædã verò regalia ſunt oſſibus nõ coherentia, vt gabellæ, merum imperiũ aquarum decurſus, &c. de quibus *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de priuil. ſcholar. lib.* 10. & nedum veniunt in generali conceſſione, ſed conceſſo Caſtro veniunt tanquam acceſſoria *Camer. in d. l. Imperialem fol.* 8. *lit. F.*

5 Sed ſi Princeps in conceſſione diceret, quòd conceſſionarius poſſit, & valeat facere quæ nos facere poſſumus de plenitudine poteſtatis, tunc venirẽt regalia, etiam reſeruata, & oſſibus cohærentia, *Maſtrill. de Magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 25. ſed non veniret cognitio criminis læſæ Maieſtatis, cùm nunquam veniat in quacunq; conceſſione *Gigas de crim. læſæ Maieſtatis in tit. quis de crim. læſ. Maieſt. cognoſc. poſſit.*

Alias limitationes videri poterunt *in d. conſ.* 34. *Reg. Lanarij*, inter quas illa eſt vna, vt in generali conceſſione veniant prouentus quippequi non ſũt de regalibus oſſibus affixa.

5 Sic etiam ex communicatione meri, & mixti Imperij conceſſa Baronibus Regni ab Alphõſo Primo anno 1442. & 1459. *fol.* 8. & 12. *in vol. priuilegiorum*, de qua communicatione meminit *Afflict. in conſtitut. contingit* 3. *notab. & de Franch. deciſ.* 211. *num.* 6. dicentes, quòd ob dictam communicationem meri, & mixti Imperij fuit peſſundata M. C. V. venit poteſtas componendi, & agratiandi delicta *Afflict. in conſtit. ea, quæ ad decus in* 1. *notab. & de Franch. deciſ.* 37. *& Reg. Lanar conſ.* 5.

Poſſunt tamen Reges regalia affixa oſſibus concedere alicui illuſtri perſonæ, ſed non generaliter in toto Regno in diminutionẽ Coronæ *Iſern. in d. tit.* 7 *quæ ſint Regalia num.* 78. Quod vidimus in priuilegijs cõceſſis Principibus Biſiniani, & Magni illius Ducis Conſalui Ferdinandi à Corduba propter

corum

Digitized by Google

eorum inſignia,& ſingularia merita.

In quibus conceſſionibus fuit aliàs dubitatum ſi venditis terris conceſſis cum prædictis priuilegijs priuilegia tranſeãt in emptores, & particulari tit. poſſeſſores, quam quæſtionem tetigit 8 *l.C.celeberrimus noſtra tempeſtate Reg. & Marchio Carolus Tapia in deciſ.* 11. *S.C. num.9.* vbi adducit pro negatiua *Minad. in conſtitut. in aliquibus in verbo Comitum, & Baronum num.* 34. & reliquit quæſtionem indecijam dicens ſuo tempore eſſe ſuper ea cogitandum.

Hæc quæſtio fuit agitata in Magna Curia in cauſa remiſſionis petitæ per Principem Strongoli cauſam habentis à Principibus Biſiniani, cuiuſdam eius vaſſalli inquiſiti de crimine falſæ monetæ,& cauſa non fuit deciſa ob mortẽ dicti vaſſalli pendente deciſione vti refert *doctiſſimus Reg. Rouitus in deciſ.* 6. vbi adducit rationes pro, & contra, & *num.* 12. refert aliquas deciſiones in fauorem emptorum, & cauſam habentium à Principibus Biſiniani, ita vt hic articulus ſit hodie definitus pro emptoribus, & titulo particulari ſucceſſoribus,& idem teſtatur *in pragmat.* 1. *vbi de delicto quis conueniatur num.* 43. & *Reg.Tapia in Conſtit. Magiſter Iuſtitiarius fol.*266. *verſ ſecundo declara*, teſtatur hunc articulum fuiſſe pluries determinatum in beneficium emptorum.

Quæ quidem deciſiones fundatæ ſunt optimis rationibus nam priuilegia prædicta, realia, non perſonalia cenſenda ſunt, etiã ſi conceſſa ſint ob merita, nam clauſula meritorum facit priuilegium reale *Menoch. de præſumptio. lib.*3. *præſumpt.*103. *num.*13. & 20. & *in conſil.*1007. *num.*99. *lib.*11. *Barboſa in l.qui à tale à principio vſque ad num.* 24. *ff ſol.matr.*

9 Præterea in priuilegijs Principum Biſiniani adeſt clauſula pro te, & hæredibus.& ſucceſſoribus in perpetuum, quo caſu comprehenduntur hæredes, & ſucceſſores extranei, & ſingulares *l.Iaminius S.adÿcitur ff. de damno in-*

*fecto Alex.conſ.*193. *num.*1. *vol* 2. *Dec. conſ.*237. *num.*8. *Alciat.conſ.*216. *Aſſ. deciſ* 386 *nu.*5.

Quibus addi poteſt optima ratio, quam conſiderauit S.C. vt refert idem *Reg.Rouit.d.deciſ.*6 *num.*6. nam facta conceſſione,& ſpecifica translatione alicuius Iuris Principi reſeruati deſinit eſſe de regalibus reſeruatis, & ſic tranſit cum Iuribus vniuerſalibus per *tex. in l.pater filium S. quindecim ff.de legat.* 3. *ex authoritate Præſ de Iraçh Cuman. Frece. & Luc. de Penn. in locis ibi allegatis.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi habet locum in vltimis voluntatibus,non in contractibus.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum in feudis, quod limitatur nu.*3.

ARGVMENTVM.

Ius accreſcendi an habeat locum in cõtractu feudali.

CONCLVS. LIX.

1 IVs accreſcendi regulariter habet locum in vltimis volũtatbus, non in contractibus poſt ius quæſitũ *DD. in l.reconiunctì ff.de leg.*3. & *in l.*1. *C.quãdo non petentium part.* niſi in vſufructu *l.*1. *in fine ff. de vſufructu accreſcendo.*

2 Vnde in feudali contractu dictum ius non habet locum,vtputa ſi duobus fratribus fuiſſet facta conceſſio feudi,nam vnus alteri non ſuccedit de iure communi feudorum,quo attento frater fratri non ſuccedit niſi adſit clauſula, & cuilibet eorum. *Iſer.in rubr. de his, qui feud.*

Digitized by Google

feud. dare possent posterum. 4. Bald. ibi. dem in §. & quia vitra. 3. col. & in cap. 1. §. fin. al. in fin. ut verbis de successi feudi. Turrib. nouiss. de feud. par. 1. q. 3. princip. lib. 2. Et si feudum fuisset concessum duobus, quorum vnus erat inhabilis, pars illius inhabilis, in alterum accrescit habili. *Iser. in cap. Imperialem. ne dominus potest. nu. 54. de probib. per Prid.* sequitur *Reg. Lanar. conf. 13.*

3 Et licet *Cu. vbi in investitura in verbo ius accrescendi. fol. 26.* oriatur, quòd ius accrescendi habet locum in feudis ex *Iser. in cap. 1. § sed res col. 3. per quos fiat investitura.* Hoc tamen intelligendũ est quando adest clausula, & cuilibet vestrum, vt ex eodem *Cu.* colligimus in 1
vers. clausula Titio, & Sempronio, & 2
in vers. an investitura in fine, ibi limi-
ta dum modo. 3

SVMMARIVM.

1 *Assensus requiritur in adiudicatione & venditione feudi, etsi quòd prius in obligatione fuerit concessus, & nu. 2.*

3 *Assensus non requiritur quando exercetur pactum de retrouendendo incontinenti appositũ in venditione, in qua interfuit assensus.*

ARGVMENTVM.

In venditione, seu adiudicatione feudi faciẽda creditori cum assensu, an requiratur nouus assensus.

CONCLVS. LX.

1 VPer hac quæstione an in venditione, vel adiudicatione feudi requiratur nouus assensus, cùm iam in obligatione sit concessus, se ipsit plenè *Camerar. in l. Imperialẽ f. l. 49 lit. P. per plures sequentes columnas.* ponderando rationes pro vtraque opinione, concludens *fol. 51. lit. L.* his verbis. *Vbi præcessit assensus in obligatione omnia sequi possunt, & assistentia, & secundum decretum, & remedium l. Adiuo Pio.* vbi refert sic fuisse decisum in causa Mariæ de Guevara.

1 Hæc quæstio cessat hodie, nam per *pragmatic. Ducis Ossunæ senioris anno 1587. quæ est 26 sub tit. de feudis,* cautum est, quòd in venditione, & adiudicatione feudi faciendæ creditoribus cũ assensu, debeat impetrari alius assensus, vt Rex notitiam habeat noui feudatarij.

3 Sed si in venditione feudi cum pacto de retrouendendo intercessit assensus, vtrum si fiat retrouenditio requiratur nouus assensus, distinguit idem *Camerar. fol. 58. à ter. lit. S.* quòd si pactũ de retrouendendo fit incontinenti, hoc est respectu eiusdem venditionis, non requiritur nouus assensus, etiam quòd nõ fiat pactum in eadẽ scriptura, sufficit enim quòd fiat eodem tempore, & hoc contra opinionem *Bart. & Bald. allegan. à Camerar. eod. fol. 58. à ter. lit. M.* Sed si pactum fit ex intervallo, non ex præcedenti conuentione, tunc requiritur nouus assensus, cum hoc casu pactũ non sit pars contractus ex regula *l. fundi partem ff. de contrab. emptione. Affl. in conflit. ut de successionibus nu. 21. & doctissimus Regens Tapia decis. S.C. 12. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Feudi natura si in aliquo derogatur, in hoc tantùm non in ceteris fit alteratio*

Digitized by Google

tio ipſius primeuæ naturæ.

2 *Feudo ſi noua qualitas addatur in hoc, cenſebitur nouum, in reliquis verò remanet antiquum.*

3 *Feuda ſicuti emphyteutica in non additis, ſeu alteratis retinent primeuam, & propriam naturam.*

ARGVMENTVM.

De natura feudi, & eius derogatione.

CONCLVS. LXI.

1 NAturæ feudi ſi in aliquo derogatur, in alijs expreſſis feudum retinet propriam naturam in totum *Iſer. in cap.* 1. *num.* 2. *de cap. Corrad.* vbi dicit q̃ ſi concedatur feudum cum pacto, quòd pro eo non præſtetur iuramentum fidelitatis, in hoc tantùm non habebit propriam naturam feudi, ſed ſic in reliquis, ſic etiam ſi feudum concedatur ſine ſeruitio in reliquis retinet naturã feudi, prętercquã in ſeruitio, *idem Iſern. in cap.* 1. §. *huius autem generis nu.* 12. *ex quibus cauſis feudum amittatur Loſfred. conſil.* 11. *num.* 30. dicens, quòd ſi feudum fuerit conceſſum, vt poſſit ſine aſſenſu alienari, in reliquis retinet propriam naturam, & *Zaſius in tractatu feudorum par.* 12. *num.* 35. concludit, quòd ſemper remanet propria natura feudi, eſto quòd in aliquibus ſit ei derogatum. De his, & alijs exemplis *Reg. Lamar. conſil.* 62. *in fine, & Io: Baptiſta Valenzuela Velaſquez iam in hoc Regno Regius Conſiliarius doctrina, iuſtitia, & morum candore præclarus S. R. C. Præſes, Regiam Cancellariam Regens, ad Supremum It. lic Conſilium aſcitus, & poſtmodum ad ſummum Regale Conſilium aſſumptus, deinde Caſtella, nunc verò Præſes conuẽtus Iuridici Regiæ Cãcellariæ Granatenſis in conſ.* 160. *num.* 2 86. 1. *vol.* dicens, quòd quando additur noua qualitas feudo cenſebitur nouum reſpectu illius qualitatis additæ, in cæteris autem remanebit antiquum, & ob id ius quæſitum deſcendentibus ex prima inueſtitura non tollitur, ad quod allegat *Cannet. in cap. volentes verſic. & retenta opinione num.* 3. *cum ſequent. fol.* 83. *& in verſic. ſed iſta opinio. & Maſtrill. deciſ.* 56. *nu.* 19. *cum ſequent.*

Hoc idem probat *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 2. *nu.* 42. *& Preſ. de Franch. deciſ.* 7. *num.* 4. 3 vbi concludit, quòd feuda ſicut res emphiteuticæ in non alteratis retinent propriam naturam ex *Cacheran. deciſ.* 53. & ex alijs concludens ſic fuiſſe iudicatũ per S. C. & priùs *Afflict. in Conſtit. cum circa iuſtitiæ, quem ſequutus eſt Vrſill. qui eum refert deciſ.* 112. *nu.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſiones feudo factæ feudales fiunt, ſi inſeparabiles ſunt ab ipſo feudo; quod ſecus eſt in ſeparabilibus, & nu.* 2.

2 *Acceſſiones additæ feudo ſi ſint ſeparabiles, fiunt tamen feudales, ſi per triginta annos fuerint poſſeſſæ vt feudales.*

3 *Aedificia in feudis facta non tranſeunt in dominum aperto feudo, & ideo tenetur vel æſtimationem ſoluere, vel pati illas deſtrui.*

4 *Feudo deuoluto ad dominum propter delictum vaſſalli omnia augmenta, & meliorationes domino cedunt.*

ARGVMENTVM.

Acceſſoria ad feudum, an reputentur feudalia.

CON-

CONCLVS. LXII.

1 Cceſſoria, ſeù acceſſiones ad feudum, an ſint feudalia, diſtinguendũ eſt, nam vt ſumus in inſeparabilibus, & tũc fiũt feudalia, & ad dominũ ſpectant quando feudum ad eum reuertitur, *Iſer. in cap.* 1. *in verſ. è contrario num.*9. *de inueſt. de re alien. facł.* vbi ponit exemplum in ſeruitute; & idem eſt in augmento facto feudo per præſcriptionem, nam domino cedit *Capyc. in verbo feudorum augmenta col.*2. *verſ.& adde.*

Aut verò ſumus in ſeparabilibus, puta in fundis nouiter emptis, vel acquiſitis, & iſti retinent naturam allodialem, & ad hæredem ſpectant *Reg. de Ponte conſ* 12. *num.*44. *vol.*2. Niſi per triginta annos fuerint poſſeſſa, vt feudalia præſtando pro eis ſeruitium, *vt Iſer. in d.*§. *è contrario.*

Quod limitatur in illis allodialibus, & burgenſaticis feudo vnitis, de quibus infra *concluſ.*63.

Aedificia ſimiliter in feudo facta, nõ
3 tranſeunt in dominum deuoluto feudo ob lineam finitam, & quia non poſſunt à feudatario capi, tenebitur dominus æſtimationem ſoluere, vel pati illas deſtrui *cap.* 1.§. *ſi vaſſallus hic finitur lex,* & eſt communis opinio, de qua teſtatur *Conſil. Georg. in allegat.* 1. *nu.* 8.

Sed ſi feudum aperiretur domino
4 propter delictum, tunc omnes meliorationes, & augmenta ad eum ſpectabunt *Capyc. in loco allegato in verbo feudorum augmenta col.* 2. *verſic. & quod augmenta.*

SVMMARIVM.

1 *Vtile per inutile non vitiatur in feudis in diuiduis, quod ſecus eſt in indiuiduis.*

2 *Indiuidua conſiderãtur etiam in mente. deſtinatione, & voluntate contrahentium.*

3 *Regula quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiui vẽdicat ſibi locum in feudis.*

4 *Regula ſi non valet quod ago vt ago, nec valet vt valere poteſt, procedit in feudis.*

5 *Burgenſatica feudi vallẽ differunt à cæteris burgenſaticis de per ſe.*
Burgenſatica feudi dicuntur eſſe ſub feudo, & feudo ſubiecta.

6 *Feudum ea, quę ſemel acquiſiuit miſcentur, & confunduntur cum ipſo feudo.*

7 *Omnia, quæ de iure, vel conſuetudine ſunt deputata ad feudum, ad ipſum feudum pertinere dicuntur.*

8 *Feudum ad inſtar corporis humani plura, et diuerſa ſnb ſe membra continet.*

9 *Burgenſatica feudi, quæ vnum conſtituunt corpus, non poſſunt à capite ſeparari.*

10 *Burgenſatica feudi ex vnione, & diuturna deſtinatione efficiuntur inſeparabilia.*

11 *Deſtinatio, diſpoſitio, et voluntas contrahentium ſeparant quodammodo ipſam naturam.*
Statuæ affixæ domui, cum domo tranſeũt in legatarium.

12 *Munitiones, Trabucca, et Baliſtæ ad vſum feudi eo deuoluto, tranſeunt ad dominum cum ipſo feudo.*

13 *Omnia mobilia deputata ad perpetuũ vſum feudi, dicuntur pars feudi, & cum ipſo feudo tranſeunt.*

14 *Meliorationes quando deuoluto feudo ad hæredem ſpectant, poteſt ipſe, vel æſtimationem conſequi, vel demolitionem obtinere, et id quomodo intelligatur, et nu.* 15.

16 *Locatio rerum Eccleſiæ ſi fiat vltra tempus à iure permiſſum, nec ſubſtinetur pro tempore permiſſo.*

17 *Electio Conſiliariorum, quæ debet fieri per annum, ſi fiat vltra annum, nec ſubſtinetur per annum.*

18 *Refutatio, quæ fit proximè, et immediatè ſucceſſuro, non indiget aſſenſu.*

19 *Refutatio in proximè immediatè ſucceſſurum debet eſſe pura, ſimplex, et non pactionata.*

20 Re-

Digitized by Google

20 *Refutatio in proximè immediatè ſucceſſurum, ſi fiat pactionata, reuocabilis, non ſubſtinetur, vt pura, ſed in totum corruit.*

21 *Refutationem valere, cœtera pacta non quomodo intelligatur.*

22 *Pulli equini, & vituli lac ſugentes, dicuntur inſeparabiles à matribus.*

23 *Feudo legato an debeatur æſtimatio, referuntur DD. pro vtraq. opinione, & deciſiones.*

24 *In pretio feudi venditi ſubhaſtæ, præferuntur creditores cum aſſenſu, etiã tempore poſteriores, alijs creditoribus ſine aſſenſu.*

25 *Feudatario defuncto ante Kal. Martij, fructus omnes ſpectant ad Dominum; cum declaratione.*

26 *Augmentum feudo illatum, quando eſt indiuiduum, tranſit cum ipſo feudo.*

ARGVMENTVM.

Vtile per inutile an vitietur in feudis.

CONCLVS. LXIII.

1

Tile per inutile an vitietur in feudis diſtinguendũ eſt, qd ſi verſemur in diuiduis non vitiatur, *Iſern. in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, col. 2. circa medium, de probib. feud. alien. per Frid.* in indiuiduis vitiatur, ſicuti *Bart. in l. græcè, §. illud, col. 1. ff. de fideiuſſ.* ab omnibus ſequutus, vt tradit *Camer. in eadem l. Imperialem, fol. 33. lit. D.*

2 Indiuidua conſiderantur nedum, ſi ſint naturaliter inſeparabilia, ſed etiã ſi mente, diſtinctione, & voluntate cõtrahentium indiuidua effecta ſint, & quoniã ſuper hoc articulo alias ſcripſimus, placuit allegationes iſtas ſubnectere.

In hac cauſa creditorum quondam Marchionis Paridis Pinelli cum Marchione Mutio Pinello, & fratribus, ſuper Statu Marchionatus Ciuitatis Sãcti Angeli, fuit plenè, & ſubſtãtialibus verbis ſcriptum per Doctiſſimum primarium Aduocatum, nunc R. C. Præſidem meritiſſimum, Antonium Caracciolum, virum facundia dicendi, & profunda doctrina inſignẽ; ita vt nullus alijs relictus ſit locus; tanto magis, cum per S. C. fuerit iuxta allegata per celeberrimum Virum iudicatum.

Tamen, quia dicti fratres de nouo inſtant pro immiſſione in poſſeſſionẽ corporum burgenſaticorum in terris dicti Status fortè exiſtentium, quod fuit etiã in ſupradictis allegationibus neruoſiſſimè confutatum, placuit mihi in hac cauſa in mediũ afferre aliquot illationes pro comprobanda regula, quod vtilè per inutilè vitiatur in feudis, quando in indiuiduis verſamur, itavt ſicuti dicti fratres excluſi fuere, à feudalibus, excludi etiam debeant à corporibus burgenſaticis.

Quod comprobatur, nam Eminentiſſimus quondam Dominus Cardinalis Pinellus in eius diſpoſitione mãdauit, vt Status prædictus poſt mortẽ Paridis ſine filijs ad dictos fratres peruenirẽt, & ſic diſpoſuit de toto, & integro ſtatu, & totum voluit, vt proprijs verbis vtar *Camer. in l. Imperialem, col. 33. lit. C.* in terminis indiuidui.

Et cum corpora burgenſatica ſint vnita cum feudalibus, vt mox demonſtrabo, vtilis diſpoſitio, quæ forſan eſſe potuiſſet, reſpectu burgenſaticorum tantum, vitiatur ex vnione feudalium ex defectu aſſenſus, ex doctrina *Bartol.* communiter ſequuta *in l. græcè, §. illud ff. de fideiuſſ.* quam in his terminis expendit *Camerar. in loco proximè allegato lit. D.*

3 Nam quod fortè potuit Dominus Cardinalis diſponere de burgenſaticis ſeparatis, noluit; & quod voluit relin-

quere vnita non potuit, ex eodem defectu aſſenſus, vti argumento *tex. in l. multum intereſt. & l. in ambiguo, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, vt tradit *Camerar. in d. l. Imperialem. fol.* 88. 3. *col. liter. O.* concludens, quod neutrum tenet, quæ regula locum ſibi vẽdicatin in feudis, in quibus ſeruatur rigor, & ideò vtilè p inutilè vitiatur in vnitis, ex diſtinct. *Bart. in l.* 1. *§. ſi quis ita. ff. de verb. obligat. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 1. *n.* 7. *& Conſil. Georg. in repet. feud. cap.* 38 *n.* 8. docet etiam *Camer. in loco*
4 *alleg. lit. C. qui fol* 90. *lit. G.* teſtatur, q in feudis, ſi nõ valet, quod ago vt ago, non valet vt valere poteſt.

Quod autem corpora burgenſatica ſint cum feudalibus vnita patet, nam
5 ſunt burgenſatica feudi (quæ valde differunt à cæteris burgenſaticis de per ſe) Hęc .n dicũtur eſſe ſub feudo, & feudo ſubiecta, vt *Iſern. in cap.* 1. *§. ſi verò probare non potuit, de controuerſ. inueſt.* quem refert, & ſequitur *Camer. in l. Imperialem, fol.* 39. *lit. H. & I.* & fuerunt ab initio erectionis, & creationis vnita, quod præſumitur contrario
6 non probato, & cum ſemel ea feudum acquiſiuit miſcentur, & confunduntur cum ipſo feudo, ſicuti *Luc. de Penn. in l.* 1. *col.* 6. *in verb. denegamus, C. de priuil. ſchol. lib.* 10. quem adducit *Regens Rouit deciſ.* 6. *num.* 8. *verſ. ſatis eſt.* Et
7 omnia, quæ de iure, vel conſuetudine ſunt ad feudum deputata, ad feudum pertinere dicuntur, *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part.* 7. *q.* 1. *Reg. de Ponte conſ.* 63. *num.* 22. *lib.* 1. Et ex his origi-
8 nem traxit illud vulgatum, quod feudum eſt ad inſtar corporis humani plura, & diuerſa ſub ſe membra continens, videlicet burgenſatica, cenſualia, emphyteutica, & ſimilia, vti *Iſern.* tradit *in cap.* 1. *de capit. qui cur. vend. & in Conſtit. Si quis Baro, & Reg. Rouit. conſ.* 101. *num.* 17. *lib.* 2. *vbi n.* 33. & 34 concludit, quod burgenſatica
9 feudi, quæ vnum corpus conſtituunt in diuerſis tamen membris, quamuis diuerſæ naturæ, & ſpeciei, non poſſunt à capite ſeparari, aliàs talis diuiſio, & diſmembratio corrumperet ipſum corpus feudi, inſpecta eius prima erectione.

10 Ex vnione igitur, & diuturna deſtinatione poſſeſſorum dicti ſtatus corpora burgenſatica, & feudalia inſeparabilia facta ſunt ex indiuiduo voluntatis vti *Comer.* tradit *in d. l. Imp. f.* 33. *lit. D.* vbi allegat *text. in l. Pedius. ff. de arbitr. poſt Bart. in d. l. Græcè*, concludens *Comer.* quod etſi quædam ſunt natura diuidua, poſſunt ex intentione in mente contrahentium conſiderari, vt indiuidua, ita vt voluerint contrahentes vnum fieri ſine alio; nam deſtinatio, & vſus diſponentis operatur vnionem ſeparatorum, *l. quod in rerũ, §. penult. ff. de legat.* 1. *Bart. in l.* 1. *ff. de reb. dub. Camill. de Medic. conſ.* 7. *n.* 2. *& conſ.* 15. *nu.* 3. *Conſil. Georg. alleg.* 50. *num.* 26.

Et tantæ efficaciæ eſt deſtinatio, diſpoſitio, & voluntas contrahentium, & diſponentium propter indiuiduum
11 voluntatis, vt ſuperẽt ipſam naturam. Qua natura attenta ſtatuæ affixæ domui abiq; domus detrimento ſeparabiles ſunt, adhoc vt legata domo remaneant penes hæredem, ſed deſtinatio operatur contrarium, vt tranſeant cum domo ad legatarium, *l. quæſitum, §. Papinianus, ff. de fundo inſtruct. l. ſi ſtatuam, ff. de auro, & argent. legat.* & vtrobiq; ſcribentes *Mobedan. dec.* 1. *& 2. de empt. & vendit. Rota dec.* 822. *p.* 3. *in nouiſſ.*

Pari ratione munitiones, trabuccha, & baliſtæ deſtinatæ ad vſum feudi, li-
12 cet ſeparabiles ſint de ſui natura, nihilominus propter eandem deſtinationem tranſeunt cum ipſo feudo, *Bal. in cap.* 1. *§. ſi quis de manſo*, 4. *col. de controuerſ. inueſtit.* & ad dominum deuoluto feudo, non ad hæredem ſpectant, *Capyc. in inueſtitura verb feudorum acceſſoria, Reg. Lunar conſ.* 73. Et
13 demum omnia mobilia deputata, ad perpetuum vſum feudi, dicuntur pars feudi, & tranſeunt feudo vendito, vel re-

Digitized by Google

relicto in emptorem; & legatarium, *Iſern. in cap. 1. §. ſi verò, 3. col. de pace tenenda*, quem allegat *Capyc. in loc. allegat.* ex rationibus conſideratis per *Felyn. in cap. cauſam quæ, col. 12. de reſcript. Camer. fol. 17. lit. R.*

14 Nec prædictis obſtant cumulatæ per *Ioann. Andr. Georg. iam meum Socerum in eius prima allegat. in cauſa Sabloneta*, vbi concludit, quod munitiones, & meliorationes in dicta Arce olim factæ ſpectent ad hæredem in allodio, qui illas conſequi poſſet per æſtimationem, vel demolitionem iuxtà diſtinctionem *text. in cap. 1. §. è contrario, de inueſtit. de re alien. facta*, & melius *cap. 1. §. ſi vaſſallus, hic finitur lex.*

15 Nam in facto dictarum allegationũ præſupponitur nedum conuentio, vt *nu. 24. verſ. de facto*, ſed etiam diſpoſitio teſtatoris, vt in principio dictarum allegationum dicitur, ibi, *ad hæredem in allodio*, & ſic præſupponitur, quod teſtator expreſsè diſpoluerit, qđ vtiq; in caſu noſtro admicteremus, ſi Dom. Cardin. expreſſiſſet inſtituiſſe iſtos fratres actores in allodialibus; tunc .n. allodialia primæua deſtinatione vnita feudo fortè poſſent affici ſeparabilia per expreſſam contrariam voluntatem cum rei ſuæ quilibet ſit moderator vulgata *l. in re mãdata, C. mandati.*

Ex eadem ſupradicta regula vtile per inutile, &c locatio rerum Eccleſiæ ſi fiat vltra tempus à iure permiſſum,

16 nec ſubſtinetur pro tempore permiſſo, nam contrahentes illud, non iſtud agere voluerunt, *Bart. & Iaſ. in auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* quos allegat *Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 16. n. 5. verſ. deinde in his*, vbi ſubdit etiam, q

17 ſi fiat electio Conſiliariorum, quæ per ſtatutum debet fieri per annum ſi fiat per plures annos nulla eſt, & non ſubſtinetur neque per annum, ad quod allegat *Roman. conſ. 65.* ex illa ratione ſupra firmata; Nam vtile per inutile vitiatur ſtante indiuidua voluntate contrahentium, qui noluerunt facere quod potuerunt, & nequierunt adimplere quod voluerunt.

Ex eademmet regula illud etiam infertur, quod refutatio, quæ ſit proxi-

18 mè, & immediatè ſucceſſuro, quæ nõ indiget aſſenſu, cum non ſit aliud, niſi præuentio paratæ, atq; futuræ ſucceſſionis, vt *Iſern.* docet *in Conſtit. Hac adictali, la ſeconda, & Camer. in l. Imperial. fol. 31. col. 1.* quæ vtiq; vt valida ſit, debet eſſe pura, ſimplex, & non pa-

19 ctionata, non reuocabilis, nec correſpectiua, vt idem *Camer fol. 33. col. 1.* quem ſequitur *Reg. de Ponte conſil. 12. num. 15.* ex Theorica *Iſern. in cap. 1. §. etſi libellus, de alienat. feud. pater. ante num. 6.* ſi fiet pactionata, & condi-

20 tionalis, non ſubſtinetur vt pura, ſed corruit in totum, vt ſupra citati DD. dicunt in locis allegatis, quos ſequitur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 1. num. 5.*

Et id quod dixit *Iſern. in dict. §. etſi libellus*, quod in caſu prædicto refutatio tenet, cætera pacta non, intelligitur communiter de pactis initis extra, &

21 poſt refutationem, non verò de pactis appoſitis tempore refutationis, quæ cum ipſa refutatione corruit ex indiuiduo voluntatis vt benè diſtinguit, & firmat *Camer. in dict. fol. 33. col. 1. & 2. & Loffred. conſ. 3. & Camer.* ſubdit, q *Loffred.* audito ipſo *Camer.* legente hanc diſtinctionem addidit in eius *conſ. 3.*

Ex quibus ſuperius adductis concludi poteſt indubitanter, quod ea quæ de ſui natura ſeparabilia ſunt, lege, vſu, conſuetudine, diſpoſitione, vel deſtinatione fiunt inſeparabilia, & ta-

22 les appellantur pulli equini, & lac ſugentes, licet de per ſe ſeparari poſſint à matribus, vnde concludunt *Ciuiliſta in l. ſi vt certo, §. reſq; adeò, ff. commodati, & Canoniſta in cap. translato, vbi Bald. n. 3. de Conſtit. vti Fab. de Anna* refert *conſil. 64. num. 8.* Quod conceſſo paſcuo pro certo numero beſtiarum pulli, & vituli numerantur ſi ſunt ſeparabiles, aliàs nequaquam.

Digitized by Google

Et ſeparabiles illos dicunt, qui hæc non ſugunt, & idem in Gabella concludit *Anna in loc.allег. num.* 10. & in decimis tradit *Rebuff. in tract. de decim. q. 6. num.* 30.

Et ea, quæ ſupra diximus allodialia vnita feudo effici inſeparabilia, comprobantur ſequentibus argumentis.

Et præſuppoſito, quod feudum, qđ conſtat ex pluribus partibus, & membris impoſſibile, vel difficile ſit, quod aliqua bona burgenſatica non contineat.

Dum fuit controuerſum à DD. præcipuè Regnicolis ſi feudo legato ſine aſſenſu, quo caſu non tranſit in legatarium, 23 debeatur ſaltim illius extimatio, in qua famigerata quæſtione pro affirmatiua opinione fuit Anteſignanus *Iſern. in cap. 1. §. è contrario, de inueſtit. de re alien. facta* quem ſequuti fuere *Camer. in l. Imperialem, fol. 26. col. 3. lit. P. Reg. Lanar. conſ. 80. Reg. de Ponte conſ. 88. omnes lib. 1.* quos cum alijs adducit *Gizzarel. dec. 35.* in qua fuit diſcuſſus articulus in cauſa Principis Aſcoli, pro quo ſcripſere, *Fab. de Anna conſ. 87. & Bambac. in cap. omnes filij ſi de feud. defunct. milit.* qui tenuerunt opinionem negatiuam, & eoſdem ſequutus fuit *Reg. de Ponte ſibi contrarius de poteſt. Proreg. tit. 6. §. 2. num. 9.* poſt *Ioan. Vincent. de Anna alleg. 125. 126. 127. & 140.* ſuper qua quæſtione fuit aliquando per Sacrum Conſilium iudicatum pro affirmatiua in cauſa eorum de Stendardo, & Galeoto, vt refert *Gizzarell. d. deciſ. 35.* dicens, quod in cauſa Principis Aſcoli adfuit paritas votorum, quandoq; etiam fuit iudicatum prò negatiua, vt in cauſa illorum de Venato, & Sarriano refert *Regens de Curte in 1. part. eius diuerſ. feudal. in c.* incipiénte, *multoties concedens, fol. 44. & propriè fol. 55. à terg. à num. 88 vſq; ad num. 109.*

In hac controuerſia nullus ex Doctoribus, qui negatiuam partem ſectati ſunt dixit, quod ſaltim burgenſatica tranſeunt in legatarium, ſed ſimpliciter concluſerunt extimationem feudi non deberi legatario illa ratione, quia indiuiduum eſt corpus feudi.

Confert etiam ad prędicta praxis in Regno, ſecundum quam per omnia Tribunalia fuit ſemper iudicatum, qđ 24 in pretio feudi venditi ſubhaſta, præferuntur creditores cum aſſenſu, alijs non habentibus aſſenſum, licet prioribus tempore ad euitãdum circuitum, vt teſtatur *Præſes de Franch. deciſ. 64. & Reg. de Curte in cap. incipiente, in hoc igitur, fol. 19. aterg. num. 3.* nulla facta diſtinctione reſpectu corporum burgenſaticorum, ſuper quibus ſi admitteretur diuiſio, & diſtinctio totius corporis, deberent præferri creditores anteriores, actento iure Romano.

Et retento eodem præſuppoſito, qđ in omnibus terris, & Caſtris à communiter accidentibus adſint aliqua corpora burgenſatica.

Affertur pro comprobando aſſumpto ſupra poſito, id, quod DD. omnes Feudiſtæ tradunt *in cap. 1. §. his conſequenter, hic finit 1. lex, vz.* quod feu- 25 datario decedẽte ante Kelendas Martij fructus omnes feudi aperti ſpectant ad Dominum, excluſis hæredibus feudatarij, vt teſtatur *Præſ. de Franch. dec. 19. & 572.*

Et verum eſt, quod ſi eſſet facienda ſeparatio corporum burgenſaticorum à feudalibus, DD. prædicti diſtinxiſſent, ſicuti faciunt cæteras diſtinctiones fructuum, de quibus *Cappe. in inueſt. in verbo. feudorum fructus, verſic. limita diſtinctionem præcedẽtem*, & darent fructus ex burgenſaticis hæredibus feudatarij defuncti, quæ diſtinctio facta non fuit, nam feudum conſideratur vti vnicum, & indiuiduum corpus, licet plura ſub ſe, & diuerſa corpora contineat, vt ſupra fundatum eſt.

Ex quibus videtur omninò eſſe excludendos à prætenſione burgenſaticorũ fratres de Pinello, vt poſſit procedi ad vẽditionem Status per Sacrũ Conſilium decretam, & poſſit ſatisfieri

Digitized by Google

ri tot creditoribus, qui bona fide contraxerunt cum Marchione Paride. Et ita ſperatur circumſpectiſſimos Dominos Senatores iudicaturos, eſſe quorũ doctrina ſupplean allegatis.

Io. Baptiſta Biloctæ.

26 ADDE, *Andr. de Iſern. in §. è contrario, de inueſtituꝛa de re aliena facta, num. 9.* vbi augmentum feudo illatũ, quando eſt individuum, vt putà ſeruitus, & ſimilia, tranſit cum ipſo feudo; quæ doctrina confert ad dicta per *Dominum Genitorem hic.*

Octauius Biloctæ.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula apposita in inueſtituris feudorum ad habendum, vendendum, tenendum, diſponẽdum, & quidquid perpetuò, tibi & tuis placuerit operatur alienationem, ſiuè aſſenſu.*

2 *Clauſula, ad habendũm, tenẽdum, &c. operatur in emphyteuticis, vt ſint trãſitoria ad extraneos hæredes, quod ſecus in emphyteuticis Eccleſiæ, & vnmer. 3.*

4 *Clauſula, pro hæredibus quibuſcunque, tàm in feudis, quàm in emphyteuſi alia, etiam Eccleſia, facit rem tranſire ad extraneos hæredes.*

5 *Clauſula, in perpetuum, operatur conceſſionem irreuocabiliter, & in infinitum.*

6 *Clauſula perpetuò, & ſemper ſunt ſynonimæ.*

ARGVMENTVM.

De clauſulis ad habendum, vendendum, diſponendum, & ſimilibus, & in perpetuum quid importent in inueſtituris.

CONCLVS. LXIV.

1 Clauſula appoſita in inueſtituræ, ad habendum, vendendum, tenendum, & diſponendum, & quidquid perpetuo tibi, & tuis placuerit, operatur, vt feudum poſſit alienari ſine aſſenſu, *Paris de Puteo de reintegrat. feud. c. 95. Præſ. de Franch. dec. 6. n. 7. Reg. Lanar. conſ. 92. n. 10.*

2 Quæ clauſulæ operantur in emphyteuticis, vt res ſit tranſitoria etiam ad hæredes extraneos, *vt in authent. de alien. emphyteuſis, §. ſi verò, gloſſ. in authent. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. Eccleſ. Card. Mãtica de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 13.* quem refert, & ſequitur *Gratian. diſceptat. forenſ. lib. 1. diſcept. 311. n. 14.*

3 Quod limitatur reſpectu emphyteuſis Eccleſiaſticæ, *Decius conſ. 271. n. 7.* & *Soccin. Iun. conſ. 204. lib. 2.*

Sed ſi in inueſtitura dictum eſſet, pro te, & hæredibus quibuſcunque, tunc enim ſicut in feudis, ſic etiam in emphyteuſi etiam eccleſiaſtica hæredes etiam extranei comprehenderentur, *Bald. in cap. 1. §. donare, Qualiter olim feud. poſſet alien. Aſſict. dec. 386.*

5 Et clauſula in perpetuum in inueſtitura operatur conceſſionem irreuocabiliter, & in infinitum *l. pure, §. final. de doli excepi.* cum alijs allegatis per *Reg. de Ponte conſ. 38. nu. 6. lib. 2.* vbi tradit, quod licet prohibitio alienationis non extendatur vltra quartum gradum, tamẽ ſi prohibitio eſt in perpetuum facta durat in infinitum, ad quod adducit *Dec. conſ. 516. num. 15.* ſubdens *Reg. de Ponte*, quod dictiones

6 *perpetuò, & ſemper*, ſunt ſynonimæ ex notatis per *Socin. conſ. 12. col. 4. verſic. confirmantur prædicta, col. 3. & Pariſe conſ. 53. num. 24. volum. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus incapax est successione feudorum.*
2 *Clericus non admittitur ad successionem feudorum, sicuti fœmina, mutus, vel surdus, qui admissi sunt ad seruiendum per substitutum.*
3 *Clericus in minoribus, etiam primæ tonsuræ, incapax est successione feudorum.*
4 *Clericus nedum minorum ordinum, sed etiam beneficiatus, capax est successione feudorum, si statim delata successione re integra habitum dimiserit.*
5 *Clericus, qui talis efficitur post delatã successionem feudorum, in totum à feudis excluditur, etiã quod postea clericatum dimiserit.*
6 *Monachus, cui defertur successio, admittitur ad feudum ante annum professionis, quod retinebit intra dictum tempus, donec ei fuerit mota & contestata lis per Fiscum, siue agnatos.*
7 *Clericus, & Monachus, qui tales efficiuntur post delatam successionem feudorum, dimittendo habitum, & exeundo de Religione, feudum non recuperant.*
8 *Feudi commoditates transeunt in monasterium durante vita monachi, in feudis illis, in quibus non præstatur seruitium militare, & iuramentum Domino.*
9 *Monasterium succedit in feudo Ecclesiastico ex persona Monachi.*
10 *Pensionarius est capax feudorum successione, licet de cætero cognoscatur à Iudice laico, non deferendo habitũ, & tonsuram.*
11 *Milites Hierosolymitani sunt incapaces successione feudorum, licet sint capaces investitura.*
12 *Successore carere non dicitur in terminis pragm. 17. de feudis, qui habet filium Clericum etiam beneficiatũ, dummodò non sit in sacris, sicut monachum non professum.*
13 *Feudum concessum Militi Hierosolymitano, vel cuilibet existenti in fa[illegible] erit, cum clausula, pro se, & heredibus, intelligitur datum pro agnatis in gradu successibilibus.*
14 *Clerici succedunt in feudis rusticis Thanasiæ, pro quibus militare seruitium non debetur.*
15 *Clerici succedunt in feudo franco ab omni seruitio personali.*

ARGVMENTVM.

Clerici, Monaci, & Milites Hierosolymitani, an sint capaces Feudis.

CONCLVS. LXV.

1 CLericus incapax est successione feudi, *cap. 1. de vassallo milite, qui arma bellica deposuit, n. 1. §. qui clericus, si de feudo defuncti militis*, vbi *Isern. & Afflict.* quia cum effectus miles Dei, non potest esse miles sæculi, vt habetur in *d. cap. 1. de milite vassallo*, nec refert,
2 quod in Regno seruitium personale sit regulariter sublatum, in cuius locũ est inducta solutio adohę, & propterea posset clericus seruire per substitutũ, sicuti fœmina, mutus, vel surdus; nam in his in specie est prouisum hoc, & non in clerico, *Affl. dec. 320.*

3 Quod procedit esto, quod clericus sit in minoribus constitutus, etiam primum ordinem solum habens; *Minad. in Constit. In aliquibus, in verbo, filiorum, num. 18.* cum hac tamen
4 distinctione, quod si tempore delationis

feudi

ſeudi reperitur clericus,etiam beneficiatus ſuccedit, dummodò re integra, & ante motam quæſtionem,& litem conteſtatam per Fiſcum,ſeu agnatum, Clericarum dimiſerit, & beneficium renunciauerit, *Franciſ.de Amic.in tit. de his,qui feud. dare poſſunt, in cap. & veniendo ad primam quæſtionem, fol.* 134. ſed cautela erit vt Clericus ſtatim delato feudo, clericatum renunciet,& feudum capiat,ex probatis per *Doctiſs.Conſil.Theodorum alleg.* 58.*&* 59.poſt *Capyc.dec.*115.*n.*11.

5 Sin verò poſt delatam ſucceſſionẽ feudorum quis clericatum aſſumpſerit,etiam primæ tonſuræ, ſtatim amittit feudum,*Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*7.*§.*4.*n.*13.*&de his, qui feud. dare poſſunt,lectione* 1.*aliàs* 10. *n.*35. 36.*&* 37.*Camill.de* Medic.*conſil.* 24. *num.*32.

6 Pari ratione,ſi quis reperiatur Monachus non profeſſus, ante delatam ſucceſſionem ſuccedit ad feuda,dummodo lis ei nõ fuerit mota, & cõteſtata per Fiſcum,& agnatos, *Capyc.deciſ.* 115.*&* *Reg.de Ponte in locis infra allegandis.*

7 Et quando Clericus, qui ſe clericauit poſt mortem patris,ſiuè alterius de ruius ſucceſſione agitur, dimittit habitum, ſicuti etiam monachus, qui infra annum profeſſionis exit de Religione, non recuperant feudum iam amiſſum, nam actus renũciationis per clericatum, & per ingreſſum, eſt conſumatus,*gloſ.in cap.*1.*de milite vaſſallo, & in cap. naturalis, ſi de feudo defuncti militis, Iſern.in d.cap.*1.*de milite vaſſallo*, & in alijs locis adductis per *Reg.de Ponte in tit. de his,qui feud. dare poſſunt,lect.*1.*aliàs* 10. *n.* 35. 36. *&* 37.*& de poteſt.Proreg.tit.*7.*§.*4.*nu.* 14,vbi *n.*17.*&* 18. ſubdit,q etiam is, qui votum Religionis emiſerit, feudũ amittit eo ipſo, hoc eſt ſtatim facto voto,ad quod allegat *tex.in d.cap. qui Clericus,ſi de feud.def.milit.*

8 Et ea,quæ dixit *Capyc.deciſ.* 10. *&* 31. ſcilicet, quod feudi commoditates tranſeunt in Monaſterium durante vita monaci, procedunt in feudis, in quibus non debetur ſeruitium militare.& non præſtatur iuramentum, vt fit in Regno, vbi ſeruitium eſt militare, & iuramentum ab omnibus præſtatur,*vt ex eodem Capyc.& ex Afflict. deciſ.*320.*n.*10.

9 Prædicta limitantur in feudo Eccleſiaſtico, in quo monachus, & ex eius perſona, monaſterium ſuccedit, *Alex.conſ.*10.*volum.*5. *Affl.in d.deciſ.* 320.

Penſionarius cùm ſit omninò laicus, & non dicatur beneficiatus in proprio ſignificatu, *cap.ad Audientiã, lo ſecondo*, vbi *Felyn.de reſcriptis*, *Camill.de Medic. conſil.*2.*num.*86. feu-
10 dorum ſucceſſione capax eſt; licet de reliquo penſionarius remittens ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſicuti beneficiatus dummodò incedat cum habitu, & tonſura, & ſeruiat in diuinis, *de Ponte conſ.*36.*n.*24.

Milites Hieroſolymitani incapaces ſunt feudorum ſucceſſione, & ſic aliàs iudicatum in Regia Camera, refert *Io.Vinc.de Anna ſingul.* 207. tamen
11 ſunt capaces noua inueſtitura, ſicuti mutus, ſurdus, & alij imperfecti, qui non ſunt capaces ſucceſſione, *Reg.de Curte in prima parte diuerſorij, cap.incipien.Abſolutè,fol.*18.*n.*9.*&* 13.& cũ ſupradicta diſtinctione eſt intelligendus,*Camill.de Medicis in conſ.*119.

Hinc vidimus noſtris temporibus inueſtitos à Catholica Maieſtate Vincentium Carafam, & Lælium Brancacium milites Hieroſolymitanos, alterum de Comitatu Ciurlani,alterum de Marchionatu Montisſiluani; ambos militaris diſciplinæ peririſſimos, ad ſummos honoris grados euectos, vt meritò poſſint appellari duo fulmina belli.

Ex prædictis notandum eſt vnum ſingulare,quod his,qui habet filium Clericum,etiam beneficiatum, dummodò non ſit in ſacris,non dicitur ca-
12 rere ſucceſſore; in terminis *prag.* 17. de

de feudis, & ideò exprimendo simpliciter nomen filij memoriale, non redditur obreptitium, sicuti in monacho non facta professione, *Francis. de Amicis de his qui feu. dare poss. vbi sup. num.* 1 *in fine*, post *Isern. in cap.* 1. *n.* 5. *de benefic. foemina, & in cap.* 1 *de vassallo milite, qui arma bellica deposuit*, vbi *Aluarot. col.* 34. sequitur *Iacob. de Beluiso in cap.* 1. *vers. quaritur, de feudo foeminæ.*

13 Ad hæc etiam confert id, quod dixit *Bald. in cap. naturales*, 2. *col. vers. sed quid si, si de feudo defuncti militis*, relato à *Regente de Ponte consil.* 2, *nu.* 168. *volum.* 2, quod si feudum est cõcessum existenti in sacris pro se, & hæredibus suis, intelligitur datum pro agnatis, quod intelligendum est in gradu successibilibus, & idem erit, si concessio fiat militi Hierosolymitani, ex identitate rationis.

ADDITIO.

In feudis planis, & de tabula an Clerici succedant, *Petrus de Monteforte in Constit. Si quando contingerit*, distinguit, quod aut sumus in feudis planis militaribus, pro quibus debetur militare seruitium, & clerici non succedunt, aut sumus in feudis ru-
14 stis, & tenasiæ, & tunc in eis Clericũ succedere, sicuti in cæteris burgensaticis, per *tex. illius Constitut.* ipse probat, & quod in similibus feudis Tenasiæ successio, reguletur secundũ ius commune, tradit etiam *Capyc. in inuestitura verbo, feudorum genera, vers. Tenasiæ, fol.* 208. *col.* 2. & tradit *idem Dom. Genitor infra concluſ.* 93. *num.* 6.

15 Similiter in feudo franco ab omni seruitio personali Clerici admittuntur ad succedendum, vt comprobat relatis *Bald. & Afflict.* eruditis, *Gallup. eius methodo feudali par.* 3. *cap* 2. *num.* 13. vbi multa de hac materia.

Num. 6. Comprobatur assumptum, quod monachus non professus succedat, quia monachus ante professionẽ iudicatur vt laicus, *cap. Religioso, de sentent. excommun. in sextò, cum concordantibus per Caput. ad Consuetudin. Neapol. in pralud.* §. 3. *n.* 39.

Octauius Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *In decidendis causis feudorum, quæ iura attendi debeant, & nu.* 2.

3 *In decidendis causis feudorum Ecclesiasticorum, quæ iura attendi debeant.*

ARGVMENTVM.

Feudales causæ, per quæ iura decidi debeant.

CONCLVS. LXVI.



1 IN decidendis causis feudorũ primo loco attendendæ sunt *Constit. Regni*, & alia iura municipalia; secũdo loco *Cõsuetudines* receptæ, *Isern. in Constit. Vniuersis, circa finem.* Tertiò, ius Longobardum, quando aliquid statuit præcisè, *Reg. de Ponte in præludijs feudorum lectiõ.* 1. *num.* 4. *Morania disputat.* 2. *num.* 2. sed circa indiuiduitatem feudorum in Regno tenetur generaliter Ius Francorum, & non Longobardorum, nisi in certis feudis, (*vt diximus Conclus.* 75.) Quartò, attenditur ius commune feudorum, *Isern. in cap.* 1. *de feudi cognitione*, & *in Constit. Consuetud. prauam*, & testatur famigeratissimus ille Doctor Regni *Bartholomæus de Capua in Constitut. Foriudicatorum bona*, & *in Const. Si quando, num.* 6.

Prædictis iuribus deficientibus, recur-

currendum eſt ad ius Romanum; ſed an ad ius Canonicum, vel Ciuile, *Schrader. de feud part. 1. quæſt. 6. n. 6.* quem allegat *Reg. de Curte in eius diuerſorio cap. nunc de altera, fol. 63. à terg. num. 105.* concludit, attendendũ eſſe ius Ciuile, niſi reperiatur à iure Canonico correptum.

Sed ſi verſemur in feudis Eccleſiaſticis, niſi ius Canonicum aliquid in ſpecie diſpoſuerit, attenduntur Conſuetudines feudorum, *cap. coeterum, & cap. nouit, de iudicijs, cap. quæ in Eccleſiarum, de Conſtitutionibus, cap. ex tranſmiſſa, de foro competenti, Ancharan. conſil. 174. Abb. in cap. 1. de noui oper. nunciat. Reg. de Curte in diuerſorio cap. datur etiam, num. 9.* poſt *Carpyc. in inueſt. in verbo feudorum leges, verſ. amplia, fol. 261.* & hinc eſt, quod Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ obnoxiæ ſunt feudorum Conſuetudinibus, *Innocent. in d. cap. coeterum, Aluarot. in cap. 1. §. qui clericus, ſi de feud. defunct. milit.*

SVMMARIVM

1 *Compromiſſum de iure communi feudorum fieri poterat ſuper feudalibus cauſis.*
2 *Compromiſſa, & arbitramenta prohibita ſunt ſuper cauſis feudorum de iure Regni ſine aſſenſu.*
3 *Compromiſſum in Regem, & in Regia Tribunalia fieri poteſt ſine aſſenſu, licet hodie reſpectu Tribunalium requiratur licentia Proregis.*
4 *Compromiſſum ſuper taxatione vitæ militiæ fieri poteſt ſine aſſenſu.*

ARGVMENTVM.

Compromiſsũ an poſſit fieri ſuper feudis ſine aſſenſu.

CONCLVS. LXVII.

1 COmpromiſſum fieri poterat ſuper feudis, & feudalibus cauſis de iure communi feudorum, *cap. 1. §. 1. de lege Corradi, Capyc. in inueſtit. in verb. feudorum compromiſſa.*

2 In Regno per *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ* compromiſſa, & arbitramenta ſunt prohibita ſine aſſenſu, quod fuit confirmatum per *Pragmaticas in Pragmat. 1. de compromiſſ. in fin.*

3 Benè verum eſt, quod poteſt compromitti in Regem ſine aſſenſu, & in hoc caſu tranſit compromiſſum in ſucceſſorem, *Afflict. in cap. 1. de inueſt. de re alien. facta*, & ſic etiam in Proregẽ in Sacr. Conſil. M. Cur. in Vniuerſum (non in particulares Iudices) quia hoc caſu cenſetur compromiſſum factum in ipſum Regem, *Afflict. in loco allegat.* licet hodie hæc compromiſſa in Tribunalia non fiant ſine expreſſa licentia Proregum, *Reg. Rouit. dec. 95. num. 19.*

4 Poteſt tamen fieri compromiſſum ſuper taxatione vitæ militiæ ſine aſſẽſu, vt ex mente *Iſern. in Cõſt. comitibus* affirmat *Afflict. deciſ. 138.* referens ſic pluries deciſum per Sacrum Conſilium; nam non tangitur corpus feudi per compromiſſum, cum hæc taxatio reſpiciat fructus feudi, qui vt diximus in *Concluſ. 1.* ſunt allodiales, ſequitur *Anna in Conſtit. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, num. 28. & Conſiliarius Fab. de Anna eius filius in conſil. 74.* qui alios allegat.

SVMMARIVM

1 *Emens feudum ſcienter ſine aſſenſu amittit pretium, & non poteſt agere de euictione de iure communi feudorum,*

Digitized by Google

rum.quod ſecus ſi ignoranter,& nu.
mer. 2.

3 *In Regno tam venditor,quàm emptor re integra reuocant venditionem, ſicuti eorum hæredes.*

4 *Stante nullitate contractus feudalis emptores tenentur reſtituere feudum cum fructibus, & venditores pretiũ cum intereſſe commune,non ſingulare,& num. 5.*

6 *Refertur deciſio Sacri Conſilij.*

7 *Munera, & dona an veniant appellatione fructuum reſtituendorum remiſſiuè.*

ditor re integrâ poteſt reuocare alienationem iure proprio, quod poteſt etiam facere emptor,& eorũ hæres, vt diximus ſup. *Concl.26. n. 4.* cui addimus *Præſ.de Franch. dec.603. Camer. in l.Imperialem,fol.91.* ad idem etiam *Capyc.dec.100. Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.8.§.11.num.11. & tit.6. §. 1.num.32.& 33.* propterea data nullitate contractus, omnia ad priſtinum reducuntur,& emptores condemnantur ad reſtitutionem feudorum cum fructibus, & venditores ad reſtitutionem pretij cùm intereſſe, vti de praxi teſtatur idem *Reg.de Ponte d.conſ.72. num.6.*

Et hoc caſu debetur intereſſe commune, non verò intereſſe ſingulare,

5 quanti intereſt rem eſſe inemptam, *Frecc.de ſubfeud.lib.2. poſt primam authoritatem, in quaſtione illa, an emptor reuocet ſicut venditor in terminis dictæ Conſtit.num.11.*

Quod tetigit etiam celeberrimus noſtra tempeſtate Iuriſconſultorum conſultiſſimus *Regens Tapia Marchio Belmontis in deciſ. Sacr. Conſil.8.*

6 *num.7.cum ſeq.* Qui in fine deciſionis refert,quod per Sacrum Conſilium in contingenti caſu fuit compẽſatum intereſſe cum fructibus, cum inter cætera innotuiſſet Sacro Conſilio, quod idem importabant intereſſe,& fructus.

7 Sed an munera & dona veniant appellatione fructuum videatur deciſio Sacri Conſilij apud *Præſ. de Franch.* 172. vbi plenè, & diſtinctè de re hac agitur,& nos diximus ſppra *Concl.26. num.11.*

Emens feudum ſine aſſenſu, quo caſu emptio eſt nulla; an agat de euictione contra venditorem.

CONCLVS. LXVIII.

1 

Icet de iure communi feudorum emens feudum ſciens eſſe feudum ſine aſſenſu non poſſit agere de euictione,& amittat pretium,ex traditis per *Iſern.in cap.2. de feudo dato in vicem legis commiſſoria,& in cap.1.in princip. de inueſtitura de re aliena facta,* etiam quod adeſſet ſpecifica promiſſio euictionis: ſtante mala fide, vti *Reg.de Ponte conſ.72. num 6.lib.2.* quod limitabatur in emẽ-

2 te feudum ignoranter eſſe feudum, quo caſu repetitur pretium, & intereſſe, ſic *Iſern.in l. Imperialem, §.Imperator Lotharius in princip. & Afflict. deciſ.278.*

In Regno tamen vigore *Conſtitut.*

3 *Conſtit.Diuæ Memoriæ,* idemmet vẽ-

SVMMARIVM.

1 *Feuda hereditaria veniunt in petitione hæreditatis, & includuntur in hæreditate, tanquam corpus hæreditarium.*

2 *Feuda hereditaria imputantur filio in legitimam,& aliquando in trebellianicam.*

3 *Inuentarium non iuuat in feudo hereditario.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An feuda veniant in petitione hæreditatis.

CONCLVS. LXIX.

1 Euda licet habeant diuersã naturam à burgenaticis, tamen includuntur in hæreditate tanquam corpus hæreditarium, *Camerar. in cap. 1. quæſt. 9. num. 85. & quæſt. 22. num. 155. an agnatus*, & feuda hæreditaria veniunt in petitione hæreditatis, argumento *gloſſ. in l. item veniunt, §. fin. de pet. her. Iſern. in cap. 1. §. & olim de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. qui ſucceſſor teneatur, & in cap. 1. de alienat feud. patern.*

Et propterea feuda hæreditaria
2 imputantur filio in legitimam, *Bald. & Salyc. in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. teſtam. Clar. in §. feudum quæſt. 46. num. 2. Præſ de Franch. deciſ. 368. qui in deciſ. 387.* idem dicit reſpectu trebellianicæ quando valor feudi excedit legitimam.

Et idcircò inuentarium non prodeſt in feudo hæreditario quominus
3 ſucceſſor teneatur vſque ad valorem feudi non obſtante inuentario, *Afflict. deciſ. 112. num. 3. Loffred. conſ. 1. num. 145. Fab. de Anna conſ. 4. ex Iſern. in locis allegatis*, & nos diximus ſupra *Concluſ. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Feudorum quædam ex pacto, & prouidentia hæreditaria, quædam verò ex pacto, & prouidentia non hæreditaria, num. 2.*

Pileus, & Bulgarus inuentores ſupradictæ diſtinctionis.

3 *Feudi ex pacto, & prouidentia etymologia.*

4 *Feudum hæreditarium tunc conſtituitur in Regno, quando in inueſtitura eſt facta mentio hæredum; quod ſecus eſt de iure communi feudorum, quo attento etiam ſi fiat mentio hæredum feudum eſt ex pacto, & num. 5.*

6 *Hæredum appellatione de iure communi feudorum veniunt filij, ſed in Regno appellatione hæredum veniunt omnes, qui ſucceſſibiles ſunt in feudo.*

7 *Feudum ſimpliciter conceſſum de iure communi præſumitur ex pacto, in Regno verò præſumitur hæreditarium.*

8 *Inueſtiturę communis forma in Regno eſt pro ſe, & hæredibus ex corpore.*

9 *Inueſtiturę verba exequutiua præferuntur verbis diſpoſitiuis, quando ſunt contraria.*

10 *Feudum ex pacto, non hæreditarium conſtituitur quando non eſt facta mentio hæredum.*

ARGVMENTVM.

Feudum hęreditarium, & feudum ex pacto, & prouidẽtia non hęreditariũ, quibus clauſulis concipiantur.

CONCLVS. LXX.

1 Eudorum inter cætera illa ſit diſtinctio, qđ quædam ſunt feuda ex pacto, & prouidẽtia hæreditaria, quædam verò ex pacto, & prouidentia non hæreditaria, *Iſern. in cap. 1. col. 1. de alien. feud.*

feud.patern.& in cap. 1. *de ſucceſſ feud. in verſ.& olim, num.*7. *Camerar. in l. Imperialem,fol.*95.*lit.C. & D.* vbi dicit, quod hi termini ſunt incogniti de iure communi feudorum, ſed à *Pyleo, & Bulgaro feudalium conſuetudinum Gloſſatoribus* inuenti, vti *Camer.f.*94. *lit. N.* quod prius dixit *Iſern. in dict. verſ.& olim.*

Ex pacto, & prouidentia id ſi-
3 gnificat; nam ex pacto accipientis qui accipit pro ſe, & liberis cum certis clauſulis, & ex prouidentia concedentis conſtituitur feudum, argumento *l.ſi arrogator*, §. 1. *ff.de actio.* vti *Iſern.in l.Imperialem*, §. *præterea Ducatus,col.*11. *num.*38. *de probib.per Frider.*

Conſtituitur in Regno feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium quodcunq; in inueſtitura eſt facta mẽ-
4 tio hæredum per quemcunq; modum, *Iſern.in cap.*1.*an agnatus, & in cap.*1. *de alienat.feud. patern. Camer.in dict. cap.*1.*an agnatus,quæſt.*1.*poſt num.*22. quem allegat, & ſequitur *Reg.Rouit.in Pragmat.*4.*de feud. n.*102. idẽ *Camer. in l.Imperialem,fol.*96. *lit.D.*

Quod ſecus eſt de iure communi feudorum, quo attento etiam quod in inueſtitura eſſet dictum, pro te, & hæ-
5 redibus conſtituitur feudum ex pacto non hæreditarium; nam eo iure inſpe-
6 cto appellatione hæredum filij veniũt, *cap.*1.§. *etſi clientulus, de alienat.feud. patern.Capyc.in inueſtitura verb.feudorum genera,verſ.hereditarium feudum* ibi, *& quod feudum*, *Camill.de Medic. conſil.*99.*num.*13. *Reg.Lanar.de natura ſucceſſ.feud.num.*76. ſicut in Regno appellatione hæredum veniunt nedũ liberi,ſed omnes,qui ſucceſſibiles ſunt in feudo,vt *Reg.Lanar.in loco allegato, num.*41.

Sed ſi conceſſio eſſet facta ſimpliciter nihil expreſſo præſumitur feudum
7 ex pacto de iure communi, & hæreditarium in Regno, *Loffred. conſ.*1.*num.* 113. Quo caſu præſumitur conceſſum pro ſe,& hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, cuiuſmodi sũt ferè omnes inueſtituræ in Regno, *Reg. Rouit. in Pragmat.*4. *de feud. num.*95.
8 vbi reprobat contrariam opinionem Siculorum, quod prius dixit *Afflict. deciſ.*40. *& Præſ.de Franch. dec.*6. vbi refert deciſionem Sacri Conſilij,quod ſi in verbis diſpoſitiuis inueſtituræ di-
9 ctum eſt, vno modo, & in verbis exequutiuis dictum eſt, altero modo attẽduntur verba exequutiua.

Feudum verò ex pacto non hæredi-
10 tarium tunc conſtituitur, quando in inueſtitura dictum eſt,pro te,& liberis, vel pro te,& filijs,vel pro te,& filijs legitimis, & naturalibus, vel ex corpore legitime deſcendentibus,vel pro te, & cui dederis, & ſimilibus, de quibus *Iſern. in cap.*1.*an agnatus, in princip. et in cap.*1.§.*& olim, num.*7.*de ſucceſſ. feud. Afflict.in Conſtit.Vt de ſucceſſionibus,nu.* 68. *Camill. de Medic.conſ.*24. *num.*24.

SVMMARIVM.

1 *Feuda hæreditaria in confiſcatione veniunt, quod ſecus eſt in feudis ex pacto non hæreditarijs, cum declaratione num.*5.

2 *Statuta, quæ inſtigunt poenam publicationis bonorum, comprehendunt etiam feuda.*

3 *Feudum hæreditarium, quãdo propter delictũ amittitur, deuoluitur ad dominum,excluſis filijs,& agnatis.*

4 *Feudum ex pacto nouum eſt, ſicut hæreditarium.*

5 *Feudum ex pacto, & prouidentia aperitur Domino,excluſis filijs,& agnatis, quando delictum eſt commiſſum in Dominum; ſed ſi delictum non eſt commiſſum in Dominum ſuccedunt filij,& agnati, & num.*6.

7 *Text. in l.Statius Florus,* §. *Cornelio Foelici,ff.de iure Fiſci, an habeat locum in feudis.*

8 *Feuda quaternata miſta,& feuda plana, & de tabula, aperiuntur Baroni, à quo tenentur, in quolibet delicto, etiam*

Digitized by Googl

etiam rebellionis contra Dominum mediatum.

9 *Feuda miſta, ſi alienantur inrequiſitis Dominis mediato, & immediato aperiuntur Domino mediato, & ſic Regi.*

10 *Confiſcatio, ſi fiat non principaliter, ſed in conſequentiam criminis, vtputà in crimine vſurarum, tunc feuda non veniunt.*

ARGVMENTVM.

An Feuda veniant in confiſcatione.

CONCLVS. LXXI.

1 EVDA propter delictum vaſſalli, an veniant in confiſcatione, diſtinguendum eſt primo inter feuda omninò hæreditaria, & feuda ex pacto, & prouidentia non hæreditaria; nam feudà hæreditaria venire in confiſcatione, non ambigitur, *Bart. in l. eum qui, ff. de interdict. & relegat. Iacobin. in inueſt. in verbo, diſtiq; vaſſalli, Clar. in §. feudum, quæſt.* 84. cum alijs, quos adducit *Reg. de Curte in prima parte diuerſorij, in cap. nunc de altera, fol.* 57. & propriè *fol.* 62. *num.* 83. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 282. *Capyc. in inueſtitura, in verbo, omninò hæreditarium.* Quod procedit
2 eſto, quod ſtatutum, ſeu bannũ loquatur generaliter de bonis delinquentis non expreſſis feudis, *Gizzarel. dec.* 88. *num.* 8.

Et deuoluitur hoc caſu, feudum di-
3 recto Dominio, excluſis tàm deſcendẽtibus, quàm agnatis ex quacunque cauſa feudum amictatur, ſiuè in Dominum, ſiuè in alios delictum ſit commiſſum, *Iſern. in cap.* 1. *nu.* 1. *ſi vaſſallus feudo priuetur, Reg. de Curte in loco alleg. n.* 39. *fol.* 59.

Et hoc procedit etiam in feudo ex
4 pacto nouo (cum ſit ad inſtar hæreditarij, *Freccia de ſubfeud. auth.* 29. *n.* 10. *de Franch. deciſio* 368. *Fab. de Anna conſ.* 5. *nu.* 4. *Aluarot.* qui de communi teſtatur *in cap.* 1. §. *deniq; que ſit prima cauſ. benef. amiſt.*

In feudis verò ex pacto ſubdiſtin-
5 guitur, nam aut delictum eſt commiſſum in Dominum, aut in alios, ſi eſt commiſſum in Dominum, feudũ confiſcatur in beneficium Domini tàm in præiudicium filiorum, *Iſern. in d. c.* 1. *ſi vaſſallus feudo priuetur, & ir cap.* 1. §. *ſi vaſſallus culpam, ſi de feudo fuer: controuerſ. & in cap.* 1. §. *præterea, quæ ſit prima cauſa benefic. amiſt.* per illos *tex. Reg. de Curte in loco allegato num.* 40. *fol.* 59. quàm in præiudicium agnatorum, *cap.* 1. §. *deniq. quæ ſit prima cauſa benefic. amittenat,* & hæc eſt communis opinio, de qua teſtatur *ibidem Reg. de Curte num.* 58. & 59. vbi multos alios allegat.

Sin verò delictum non eſt in Do-
6 minum, tunc feudum deuoluitur ad filios, & agnatos, & ſic teſtatur fuiſſe pronunciatum, *Obertus de Orto* adductus *à Reg. de Curte ibid. n.* 54.

Vnde in totum ceſſat diſpoſitio
tex. in l. Statius Florus, §. *Cornelio Felici, ff. de iure fiſci,* nam in delictis cõ-
7 miſſiis in Dominum, ſtatim totum feudum deuoluitur ad Fiſcum, & in delictis non commiſſis in Dominum, ſimiliter ſtatim deuoluitur ad agnatos, *Camerar. in cap.* 1. *an agnatus, q.* 17. *Roſenthal. de feudis cap.* 11. *conclu.* 11. quos in hac quæſtione adducit *Iulius Cæſar Galluppus eruditiſſimus I. C. in eius feudali methodo part.* 4. *cap.* 6. *num.* 8.

Supradicta procedunt in feudis
quaternatis ſimpliciter, ſed feuda mixta, & plana in caſu deuolutionis Baroni aperiuntur, *Camerar. in l. Imperialem fol.* 69. *lit. P.* quem refert, & ſe-
8 quitur *Reg. de Ponte in Lectur. Feudal.*

lect. 1. alias 22. *ſi vaſſallus feudo priuetur, num.* 29. *verſ. ſed vos teneatis, & in lectione* 11. *num.* 33. *cum ſequentib. de his qui feud. dare poſſunt*, poſt *Affl. In deciſ.* 282. *num.* 12. qui ex authorit. *Iſern. in cap.* 1. *§. ſi quis hominem, de pace tenenda*, concludit, quod feuda, quæ tenentur à Barone propter rebellionem commiſſam contra Regem applicantur Baroni, & non Regi, & ſic Domino immediato, ſequitur *de Pōte de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 1. *num.* 7. vbi dicit, quod per alienationem irrequiſito Domino, feudum mixtum aperitur Regi, & ſic Domino mediato, non Baroni, nam licet vterq; contemnatur maior contemptus conſideratur reſpectu maioris perſonæ, & allegat *Iſern. in l. Imperialem, §. illud, & Capyc. in inueſtitura, in verbo, feuda amittuntur, verſ. tertiò ſi vaſſallus.*

10 Id quod concluſimus feuda hæreditaria venire in confiſcatione, limitatur quotieſcumq; cōfiſcatio fit principaliter, non ex conſequentia criminis, qualis eſt publicatio bonorum in crimine vſurarum, tūc ſi quidem feuda non veniunt, ex quo non ſunt tranſitoria ad extraneos hæredes, *Reg. de Ponte in tit. ſi vaſſallus feudo priuetur, lectio* 1. aliàs 21. *num.* 14 de qua confiſcatione in crimine vſurarum ſcripſit ſubtiliter pro fiſco, *Io. Camillus Biloctа patruus meus iam Fiſci Patronus in M.C.V. & in* Regia Camera, *in allegat.* 1. *impreſſa poſt eius tractat. de abſolut. inram.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus infeudari minimè poteſt.*
2 *Ius patronatus tranſit cum Vniuerſitate feudi.*
3 *Ius patronatus tranſit cum feudo vēdito, quando de eo non fit expreſſa mentio; quod ſecus quando exprimitur in venditione, & n.* 5.
4 *Feudum eſt quid vniuerſum continēs ſub ſe iuriſdictionem, honorem, diſtrictum, & iura patronatus.*
6 *Ius patronatus, quod poſſidetur inſimul ab Eccleſia, & laico cenſetur Eccleſiaſticum.*

ARGVMENTVM.

Ius patronatus an infeudari poſſit, & an tranſeat in Dominum cōfiſcato feudo.

CONCLVS. LXXII.

1 IVs patronatus, tanquam quid ſpirituale, ſeu ſpiritualitati annexum, vt in *cap. quanto, extra, de iudicijs*, & in *cap. de iure*, de iure patronatus infeudari minimè poteſt, *Roccus de Curte in tractatu de iure patronatu, par.* 6. *quæſt.* 19. & *Lambert. de iure patronat. lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 7. *princip. art.* 1.

Tamen cum Vniuerſitate feudi nedum tranſit ius patronatus, quoniam 2 ſub feudo continetur, *cap. ex literis, & cap cum feudum, de iure patronat. Reg. de Curte in* 1. *parte diuerſorij, cap. incipiente, reliquum, fol.* 81. *num.* 45. ſed etiam confiſcatur cum ipſo feudo, *Affict. in cap.* 1. *§. ex eadem lege, nu.* 8. *de Capit. Conrad. Anna ſingul.* 291. *Capyc. in inueſtitura, in verbo, feudorum clauſula, in verſic. cum iuribus patronatus, fol.* 126. & *in verbo, feudorū acceſſoria, in verſi. ius patronatus, f.* 15. vbi dicit, quod ius patronatus tranſit 3 cum feudo vendito, ſi non exprimatur, *ex Io. Andr. in cap.* 1. *de iure patronat. in* 6. cum feudum ſit, quid vni- 4 uerſum continens ſub ſe iuriſdictionem, honorem, diſtrictum, & iura patro-

Digitized by

tronatus, *Bald. in cap. 1. in principio, 4. col. de Capitan. qui Curiam vendid.*
5 ſed ſi exprimeretur in venditione, tunc non veniret ius patronatus, vti idem *Io Andreas in d. cap. 1. & Capy. in d. fol. 15.* ſequitur *Reg. Ronit. conſil. 101. num. 78.* & adeſt *deciſio* Curiæ Archiepiſcopalis in ordine 179. in compilatione *Reuerendiſs. Epiſcopi Io. Aloyſij Riccij viri vbiq; conſpicui, & affluentis doctrinæ.*

ADDE. Si Baro habet ius patro-
6 natus inſimul cum Eccleſia, tale ius patronatus in totum cenſetur vt Eccleſiaſticum, non vt ſæculare, & vti Eccleſiaſticum regitur, *gloſſ. in cap. 1. de iure patronat. in 6.* & notat *Regens de Curte in prima parte diuerſor. feud. cap. incipiente, ſemper autem, n. 49.*

Octauius Bioſtx.

SVMMARIVM.

1 *Feudum emptum de communi pecunia acquiritur emptori, & fructus diuiduntur.*

2 *Feudo empto à pluribus conſenſiente domino feudum erit commune, & inducitur diuiſio feudi; quod ſecus ſi ignorãte domino, nam vni acquiritur, qui præſtabit partem pretij ſocio, & nu. 3.*

4 *Feudum emptum cum pecunia alterius emptori acquiritur, nam in feudis nihil refert, cuius pecunia res ematur, ſed cuius nomine.*

ARGVMENTVM.

De Feudo empto cõmuni pecunia.

CONCLVS. LXXIII

1 FEudum emptũ de communi pecunia fratrũ (loquor in feudis Regni de Iure Francorum, quæ ſunt indiuiſibilia) ſi ab vno emptũ fuerit illius erit feudum, ſed fructus diuidũtur pro equali portione durante communione, *Iſer. in cap. 1. de fratribus de beneficio inueſtitis*; ſed ſi acquiſitum eſt pro com-
2 muni, ſi Dominus ſcienter conſenſerit huiuſmodi acquiſitioni, feudum erit cõmune, & inducitur diuiſio feudi, vt in *cap. 1. de beneficio fratris*, ita *Reg. de Ponte in lecturis feudalibus in tit. de his, qui feudum dare poſſunt, in 9. lect. num. 51. & 52.*

Sed ſi Dominus ignorans conſen-
3 ſerit, feudum remanet indiuiduum, & qui illud habebit, præſtabit ſocio ratã pretij, *Iſern. in loco allegato, verſ. qui ſi cum aquis, Camerar. in l. Imperialem, fol. 17. col. 3. Capyc. in inueſtitura, in verbo, feuda communi appellatione.*

Et ratio illa eſt, nam tàm de iure communi Romano, quam de iure
4 feudorum non attenditur, de cuius pecunia res & feudum ſit emptum, ſed cuius nomine, *c. ſi ex eo, C. de rei vindic. l. qui alienam, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, quæ iura allegantur *à gloſa in cap. 1. in verſic. acquiſierit, de frairib. de benefic. inueſtit.* vbi eſt *tex.* expreſſus in feudis, *& in cap. 1. de beneficio fratris*, vbi *Iſern. num. 3. & Camerar. in l. Imperialem, fol. 14. col. 2. lit. K.* idem tenuit *gloſſ. in cap. 1. §. & quia vidimus*, ibique *Bald. num. 12. de his qui feud. dare poſſunt*, vbi concludit, nihil referre in feudis, cuius pecunia fiat emptio, ſed cuius nomine.

Digitized by Google

SVMMARIVM

1 *Feudum ligium tunc constituitur cum in inuestitura fidelitas est iurata inuestienti, contra omnes alios.*
2 *Ligius quis non potest esse duorum.*
3 *Ligius duorum licet quis esse non possit; fallit tamen respectu Summi Pontificis, & Imperatoris, quibus debetur fidelitas, non obstante iuramẽto ligij homagij.*

ARGVMENTVM.

De Feudo ligio.

CONCLVS. LXXIV.

1 FEudum ligium, quod concedi potest ab eo tantum, qui superiorem non cognoscit, & cuiusmodi sunt omnia feuda in Regno, vt *Reg. de Ponte decis. 19. num. 7. post Capyc. in inuestitura, in verbo ligium feudum*, tunc constituitur cum in inuestitura fidelitas est iurata inuestienti contra omnes alios, *gloss. in Clementin. Pastoralis, §. ursus verò, de re iudicata, Feudista in cap. 1. §. contra omnes, hic finitur lex, Curtius de feudis p. 1. q. 8. col. 8.*

Hinc est, quod quis non potest esse
2 ligius duorum, *gloss. in d. Clement. Pastoralis. §. denique, in verbo, de more, & Capyc decis. 162. & in inuestitura in verbo feudorum homagia, Bald. consil. 291. col. 2. lib. 1. & consil. 324. quæritur vtrum Papa lib. 1.*

Iuramentum ligij homagij, vt communiter appellatur, & præstatur in
3 Regno, non comprehendit Summum Pontificem, & Imperatorem, qui non intelligũtur excepti, & ideò eis debetur fidelitas (de Imperatore est *text. in cap. 1. §. fin. de probibit. feud. alien. per Feder.*) *Randens. de feud. lib. 1. tit. 1. num. 48.* quem cum alijs allegat *Capys. in inuestit. in verbo, feudorum genera, vers. ligium feudum, fol. 239.* vbi tradit, neq; comprehendi patriam iurantis, & latissimè de materia tractat; ideoq; nos ne transcribere videamur ad eum in reliquis Lectorem remittimus.

SVMMARIVM

1 *Feuda de iure communi feudorum sunt diuisibilia inter musculos, exceptis feudis dignitatum.*
2 *Feuda in Regno sunt effecta indiuisibilia, per vsum inductum de Iure Francorum, exceptis quibusdam feudis de Iure Longobardorum, & num. 4.*
3 *In Gallia succedunt soli primogeniti, cum onere dandi appanagium secundogenitis.*
5 *Ius Francorum circa indiuiduitatem feudi, licet antiquitus fuisset ius speciale, hodie effectum est ius generale, & sic per Sacrum Consilium est decisum.*
6 *Ius Longobardorum, quod olim erat ius generale, hodie effectum est ius speciale, & non seruatur nisi in casibus, & locis, vbi est in vsu.*

ARGVMENTVM.

Feuda in Regno an præsumantur de iure Frãcorum.

CONCLVS. LXXV.

1 LIcet de iure communi feudorum feuda omnia essent diuisibilia inter masculos, exceptis feudis dignitatum, *cap. omnes filij*

ſi de feuda defuncti militis, Iſern. in l. Imperialem, S. præterea Ducatus de prohib. feud. num. 35.

In Regno tamen ferè omnia feuda ſunt effecta indiuiſibilia per vſum an-
1 tiquiſſimum inductum de iure Francorum ante *Conſtit. Regni*, vt habetur *in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, & tradit *Capyc. in inueſtit. in verb. feudorum genera, verſ. iure Francorum, Minad. in Conſtit. In aliquibus, num. 25.* quos cum alijs refert *Conſil. Georg. in repet.*
3 *feud. cap. 49. num. 5.* in Gallia enim ſolus primogenitus ſuccedit cũ onere dandi appanagium ſecundogenitis, vt *Iſern. in Conſtit. Comitibus*, & *Conſil. Gizzarell. in deciſ. 37.*

Diximus, quod in Regno feuda omnia ferè ſunt indiuiſibilia, nam ad-
4 ſunt quædam feuda de iure Longobardorum præcipuè in Aprutina prouincia; de reliquo omnia ſunt indiuiſibilia; per dictum ius Francorum, quod
5 licet ſit appellatum ius ſpeciale *in d. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, hodie tamen eſt effectum ius generale, vti *Anna* teſtatur *alleg. 41. num. 25. et Capyc. in l. Imperialem, in fin. in verſ. declaratio*, quos cum alijs allegat, & ſequitur *Conſil. Georg. in loc. alleg. num. 7. in ver. qui autem*, tenet, vbi *num. 8.* refert ſic deciſum per Sacrum Conſilium, licet contrarium ſenſerit *Afflict. in deciſ. 119. & deciſ. 248. num. 3. & Camer. in dialog. 2. poſt l. Imperialem, fol. 107. à terg. lit. P.* videtur ex authoritate *Iſern. in cand. l. Imperialem, num. 37.* hanc etiam opinionem ſectare, vt ius Francorũ ſit ſpeciale, & ideò probari debeat, tamen per Sacrum Conſilium eſt contrarium iudicatum, vt *Georg. in loc. alleg.* & ſic paſſim practicatur, nam primogeniti ſemper admittuntur ad ſucceſſionem feudorum abſque aliqua probatione dicti iuris Francorum.

Quare ius Lõgobardum, quod antiquius erat ius generale, vt *Iſern. in*
6 *dict. l. imperialem, S. preterea Ducatus, & in cap. 1. in verſ. bona vacantia que ſint regalia*, quem allegat *Marant. in ſua diſput. 2. num. 2.* hodie eſt effectum ſpecialiſſimum, & non eſt ſeruandum, niſi vbi vigere probatur, *Luc. de Penna in l. 1. C. de conduct. lib. 11. col. 7. n. 18.* quem ſequitur *Fab. de Anna conſ. 28. num. 11. & 12. Marant. in d. diſput. 2. num. 3. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Feuda de iure communi feudorum non poſſunt dari in dotem ſine aſſenſu, niſi quando pater non habet aliũde vnde dotet filiam, & dummodo feuda non dentur eſtimata, & non fiat pactum de lucranda dote.*

2 *Feudum poteſt dari in dotem durante patris uita, quo caſu non transfertur dominium, ſed ſimplex tenuta.*

3 *Feudum poterat dari in dotem in Regno, dummodo matrimonium contraheretur cum licentia Regis de iure Conſtitutionum.*

4 *Matrimonia liberè poſſunt contrahi à feudatarijs hodie in Regno de iure capitulorum, ſed ſi dentur feuda in dotem, in hoc requiritur Regis aſſenſus, num. 5. & 6.*

7 *Feuda ſi dantur eſtimata in dotem cum aſſenſu, quo caſu fit emptio, & venditio, quando occurrit poſtea reſtitutio dotis, requiritur nouus aſſenſus.*

ARGVMENTVM.

Feudum vtrũ dari poſſit in dotem ſine aſſenſu.

CONCLVS. LXXVI.

1 Eudum de iure communi feudorum nō potest dari in dotem sine alsēsu, *cap.* 1. §. *donare qualiter olim feud. pot. alien. vbi Isern. num.* 4. *& in l. imperialem, num.* 4. Quod limitatur quando pater non habet aliunde vt dotet filiam, & dummodo feudum non detur æstimatum, & non fiat pactum de lucranda dote, *Camerar. in dict l. imperialem fol.* 82. *lit. S. post Isern. in d. §. donare, & Ardizzon. in sum. in cap. vtrum vassallus possit feudum dare in dotem, cap.* 130. *Zas. de feud. part.* 9. *n.* 4. *Clar. in §. feudum, q.* 36.

Limitatur secundò, vt possit pater ipsius vita durante tm̄, dare feudū in
2 dotem, vt *Afflict. in dict. §. donare, & Capyc in sua innouit. in verb. feuda pro dote, in vers. limita tamen*; quo casu transfertur simplex tenuta, non autem dominium, *Camer. in d. l. Imperialem, fol.* 83. *col.* 2. *in fin.* sequitur *Reg. de Ponte de potestat. Proreg. in tit. de assens. Reg. super dote, in rubr. n.* 10. *vers. alij tertium.*

Sed in Regno poterat dari feudū
3 in dotem, & obligari sine assensu, dūmodo matrimonium contraheretur cum licentia Regis, nam per Constitutiones in matrimonijs contrahēdis per feudatarios requirebatur licentia Regia, sicuti *in Constit. Fratribus*, & clarius *in Constit. Honorem nostri Diadematis.*

Superuenit postea Carolus II. & edidit *cap.* quod incipit, *Item statui-*
4 *mus, quod licitum sit factum in planitie S. Martini prope terram nouam in prouincia Calabriæ citra*, per quod dedit licētiam omnibus feudatarijs cōtrahendi liberè matrimonia, dummodo adhiberetur assensus Regius quādo feuda darentur in dotem, qui Carolus confirmauit supradictum *cap. in alio cap.* quod incipit, *item seruetur capitulum.*

Et sic Constitutiones prænarratæ
5 sunt correptæ per Carolum II. vt testatur *Reg. de Ponte in d. tit. de assensu Reg. super dote in rubr. num.* 7. & quod requiratur assensus quando feuda dātur in dotem vigore prædictorum capitulorum Regis Caroli probant *Iser. in l. imperialem, in* 1. *addit. n.* 6. 7. *et* 8. *& Camerar. ibid. fol.* 64. *lit. G.*

Et licet *Papa Honorius IV.* corrigendo *Constitutionem, Honorem nostri diadematis*, statuerit in eius capitulis, quod nedum matrimonia liberè contrahantur, sed etiam quod feuda possint dari in dotem sine assensu, vt testatur *Afflict. in Constit. Constitutionem Diuæ memoriæ*. Tamen hodie quando feuda dantur in dotem semper assensus adhibetur, vt testatur idē *Regens de Ponte in d. tit. de assensu Regio super dote, in rubr. n.* 8.

Et quando feudum datur in dotem extimatum cum assensu, quo casu fit emptio, & venditio, & afficitur viri, *l. quoties, & l. cum dote, C. de iure dot. vbi Bart. Soccin. regul.* 184. non potest restitui sine nouo assensu, quia est nouus contractus retrocessionis, *Camer. in l. Imperialem fol.* 86. *lit. H. Paris de reintegrat fendi cap.* 91. *n.* 27.

ADDE. Prædicta omnia locum etiam habent in feudo ex pacto, & prouidentia, *argumen. authen. res quæ, C. commun. de legat.* vt notat *Præs. de Franch. dec.* 613. *nu.* 12.

Octauius Biloctæ.

SVMMARIVM.

1 *Instantia transit in singularem successorem in feudis, quando agitur de reintegratione corporum feudaliū, & num.* 5.

2 *Feudum dicitur homo mutus, & surdus, hominis ministerio vtens, & feudatarius tanquam pica ad organum,*

Digitized by Google

num, feudi vices geris.

3 *Quando agitur de reintegratione corporum feudalium, sententia datur ipsi feudo in personam feudatarij, & num.4.*

6 *Persona possidentis castrum licet mutetur, non tamen mutatur possessio in damnum castri.*

7 *Instantia in causis feudalibus, quanto tempore duret.*

8 *Instantia causarum feudalium potest cedi sine assensu, sed si cessio fieret nedum liti, sed causæ tunc requireretur assensus.*

9 *In causis feudalibus non datur tempus ad laudandum auctorem.*

10 *In causis feudalibus non datur appellatio ad M.C.V.*

11 *Appellatio à termino nimis breui, vel nimis longo, non datur in causis feudalibus.*

12 *Causæ feudales inter coniunctos, non est necesse compromitti.*

13 *In causis feudalibus non potest agi ante tempus, vt eo adueniente, &c.*

14 *Feudatarij non possunt esse in iud.cio sine balijs.*

15 *Neapolitani conuenti ratione feudorum non trahunt causas ad Tribunalia Ciuitatis.*

16 *Exhibitio assensus in libello mentionati, si non fuerit facta, non impedit cursum litis.*

17 *Agens ad feudum ex pacto, & prouidentia, non tenetur declarare, si venit ex testamento, vel ab intestato; secus in feudo hereditario nam teneretur.*

18 *Audientia testium non committitur in causis feudalibus.*

19 *Exequutio diuersimodè fit in feudis, quam in burgensaticis.*

20 *Causæ feudales quæ dicantur, remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Instantia an transeat in singularem successorem in feudis, quanto tempore duret, & an cedi possit sine assẽsu.

CONCLVSIO LXXVII.

1 INstantia transit in singularem successorem in feudis, contra regulas *textus in l.2.§.non solum, vbi Bart. ff de hereditate, vel actione vendita*, quando agitur de reintegratione corporum feudaliũ illa ratione, nam Dominus non dicitur agere ex propria persona, sed no-
2 mine feudi, quod dicitur homo mutus & surdus hominis ministerio vtẽs, vnde dicimus, quod feudatarius tanquam pica ad organũ, feudi vices gerit, ex doctrina *Reg. Rouit. infra allegan-*
3 *da*, & reuocat membra sua, & hinc est, quod sententia datur ipsi feudo in personam feudatarij, *vt Paris de Puteo de redintegrat. feud. in tit. de finib feu. cap.19. & Reg. Rou. in cons. 82. primo volum. num. 11.* vbi refert pluries decisum ex hac ratione instantiam transire in singularem successorem in feudis, alias refert consimiles doctissimus *Don. Anton. de Marin. resolu. quotid. cap.185.*

Ex alia etiam ratione potest succes-
4 sor in feudo etiam titulo particulari instantiam inchoatam prosequi, nam cum feudum sit quid vniuersum, successor in eo dicitur successor vniuersalis, *Gapyc. dec.20.*

Et

Et id quod diximus, quod reuocatio, & reintegratio ſit nomine feudi,
5 comprobat *Menoch. poſt Frec. de ſubf. lib. 2. limit. 18. ad Conſtit. Regni, Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, num. 53. verſ. licet poſtea, de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 816.* dicens, quod licet perſo-
6 na Poſſidentis Caſtrum mutetur, non tamẽ mutatur poſſeſſio quominus feudatario defuncto poſſeſſio rerum ſingulariũ Caſtri videatur quodammodo exiſtere apud Caſtrum.

Inſtantia in cauſis feudalibus in Re-
7 gno durat per annum tantum, vti habetur *in Rit. M. C. V. 244.* & teſtatur *Robert. Marant. in ſuo ſpec. par. 6. ver. et omnia fiant durante inſtantia, n. 42. Capyc. in inueſtit. in verb feudorum iudicia, col. 9. fol. 256. verſ. inſtantia cauſarum feudalium, licet Carauit. in dict. vit.* limitet in cauſa appellationis tantum.

Poteſt etiam inſtãtia cauſarum feudalium cedi ſine aſſenſu, vt *Capyc. dec.*
8 *156. in fin.* ſed ſi ceſſio fieret nedum liti, ſed cauſæ tunc requireretur aſſenſus, *Praſ. de Franch. in deciſ. 593.* rationem reddidit *Magnus Camerar. in ſapius cit. l. Imperialem, cart. 17. lit. B.* nam quando cedimus liti, nihil iuris noſtri à nobis abdicatur, vt *DD. in l. poſtquam liti, C. de pact.* ſed cedendo cauſæ ius noſtrum in alium transferre curamus, ſequitur *Frec. de ſubfeud. lib. 2. limit. 18. ad Conſtit. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, n. 51. 52. & 53.*

ADDITIO.

Dum hic agitur de diuerſitate, quæ viget in cauſis feudalibus circa peremptionem inſtantiæ, libuit ſubijcere nonnullas alias differentias, quæ obſeruantur in cauſis feudalibus circa ordinem iudiciorum.

9 Prima igitur differentia eſt, nam mota lite ſuper re feudali, non datur reo tempus ad laudandum authorem, pro vt in burgenſaticis daretur ſeruata forma *Pragmat. 2. de dilat.* ſic docet *Liparul. ad Iſern. in §. in generali ſi de feudo ſuer. controuerſ.* ſequitur *Regens Rouit. in dict. Pragmat. 2. num. 3.* & cumulat *Thor. in 1. part. compend. deciſ. fol. 61. volum. in fin.*

10 Secunda differentia eſt, nam ſi quis ex delegatione Regia, vel alio validõ titulo cognouerit de feudis, non datur appellatio ad Magn. Cur. Vic. quæ eſt Iudex competens appellationum totius Regni, & ex præheminentia cognoſcit de feudis, vt ſupra dixit *Dom. Genit. in concluſ. 21.* ſic eſt ſtatutum per *Rit. eiuſd. M. Cur. 264. vbi Carau. in 2. notab.* quod eſt menti tenendum, & poterit practicari reſpectu nonnullarum Audientiarum Prouincialium huius Regni, quæ ex præheminentia cognoſcunt de feudis quaternatis.

Tertia differentia eſt, nam à termi-
11 no nimis breui, vel nimis longo regulariter datur appellatio, *Lanfranc. in eius praxi, tit. de dilat. cap. 11. num. 18.* & 19. quod limita in cauſis feudalibus; vt *Marant. in ſpec. aur. part. 6. tit. de appellat. num. 357.*

12 Quarta differentia eſt, nam cauſæ feudales non debent inter coniunctos compromitti, ſeruatà forma *Pragm. 1. de arbit.* vt ibidem ſtatuitur.

Quinta differentia eſt, nam immediatè ſucceſſurus in feudis, non poteſt agere ante mortem poſſeſſoris, vt ad-
13 ueniente tempore, &c. ſicuti regulariter agi poteſt, ſic fundat eruditiſſimus *Gallup. in praxi Sacr. Conſil. part. 5. cap. 5. num. 25. & ſeq.*

14 Sexta differentia eſt, quia feudatarij pupilli, & minores non poſſunt eſſe in iudicio ſine balio, qui loco tutoris eſt, ad notata per eundem *Gallup. vbi ſup. num. 73.*

15 Septima differentia eſt, nam Neapolitani conuenti pro geſtis ratione feudi coram Iudice rei ſitæ, non trahunt cauſam ad Tribunalia huius ciuitatis, vt alias traherent, ſic poſt *Capyc.* tradit *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. magni Cancellarij, nn. 32. & ſeq.*

Octaua differentia eſt, quia exceptio exhibitionis ſcripturarum in libello mentionatarum, quæ impedit curſum

Digitized by Google

sum lites, iuxtà *text. in l. 1. §. edenda, ff. de edendo, Anna allegat. 5. numer. 19.*

16 non procedit respectu assensus in libello mentionati, quando agitur de re feudali, vt *Capyc. in inuestit. verbo, feudorum executiones, vers. & quid si ad impediendum, fol. 195. Reg. Rouit. in Pragmat. 5. de ordine iudic. num. 8.*

17 Nona differentia est, nam agens ad feudum ex pacto, & prouidentia non tenetur declarare si venit ex testamẽto, vel ab intestato, pro vt aliàs tenetur, sed tantum debet explicare se aperto iure venire vti agnatum, &c. secus verò veniens ad feudum hæreditarium, nam tenetur, pro vt explicat *Freccia lib. 3 subfeu. fol. 265. q. 20. ver. & omni die fit controuersia inter Aduocatos.*

18 Decima differentia est, nam in causis feudalibus nõ committitur audientia testium sicuti in burgensaticis fit, pro vt est est statutum *in Constit. In pecuniarijs litibus.*

19 Vndecima differentia est, quia alio modo fit exequtio in feudis, quàm in burgensaticis, quam diuersitatem benè post alios explicat *Gallup. in praxi Sacr. Consil. part. 3. cap. 2. nu. 9. & seq.* ad quem me remitto.

Reliqua ad materiam habes apud *Capyc. in inuestit. verb. feudorum iudicia, fol. 252.*

20 Quænam verò dicantur causæ feudales, latè explicat *Milanens. decis. Sicul. 6.*

Oclauius Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Francum quibus clausulis concipiatur.*

2 *Feudum frãcum appellatur sui iuris, & est exemptum ab omni seruitio.*

3 *Feudum Francum est etiam exemptum à maleficijs, & offensionibus contra Dominum quando id expresso pacto cautum est; quo casu est remissus effectus fidelitatis, licet non ipsa fidelitas.*

4 *Fidelitas remitti non potest, cum sit de essentia feudi.*

5 *Pro feudo franco quis teneatur ad seruitia contenta in fidelitate, quæ sunt illa sex vulgata.*

6 *Feudum Francum an alienari possit sine assensu.*

7 *De feudo Franco non debetur seruitium.*

8 *Feuda franca reperiuntur pauca in Regno.*

ARGVMENTVM.

De feudo Franco.

CONCLVS. LXXVIII.

1 FEudum Francũ tunc constituitur, quãdo expresse sic est appellatum in eius erectione, *Reg. de Põte de potest. Prou reg. tit. 7. §. 2. num. 52.* licet *Regens de Curte in diuers. part. 1. in cap.* incipiente, *cum igitur, fol. 38. a ter.* eius sit opinionis, vt nõ requiratur expressio verbi, *Franci*, dicens sufficere, quod in Constitutione dicti feudi nullum sit expressum seruitium, *ibid. numer. 33.* quæ opinio verior videtur ex allegatis per *Capyc. in inuestit. in verb. feudorum genera, in vers. francum feudum*.

2 Quidquid sit hoc feudum appellatur sui iuris, *Bald. in l. 1. §. illud etiam, C. de iur. libert. tollend.*

Et tale feudum præter expressa est exemptum ab omnibus seruitijs, sed non ab offensionibus, & maleficijs cõtra Dominum, nisi esset etiam concessum cum pacto expresso, quod nec per maleficium amittatur, tunc enim per maleficium non amittitur, cum sit remissus effectus fidelitatis, non ipsa fidelitas, quæ est de essentia, & sublã-

tia

tia feudi. *Reg. de Ponte in lectur. feud. in pralud. lect. 2. num. 35. poſt Camer. in l. Imperialem, fol. 36. col. 2.* & ſic tenetur vaſſallus ad ſeruitia contenta in fidelitate, quæ ſunt illa ſex. *Incolumen, Tutum, Honeſtum, Vtile, Facile,* & *Poſſibile.* de quibus *in cap. 1. de forma fidelitatis*, & *Camer. in l. imperialem, fol. 20. lit. O.* & *fol. 34. lit. K. Capyc. in dict. ver francum feudum.*

An autem hoc feudm francũ alienari poſſit ſine aſſenſu, eſt valdè con-
6 troueſta quæſtio, & authores ſe ctantes vtramq. opinionem refert *Regens de Ponte de poteſt. Proreg. dict. tit. 7. §. 2. à num. 37. ad finl vbi num. 52.* concludit, quod ſi vltra expreſſionem verbi, *Franci* eſſet etiam additum verbum, *liberum*, tunc procul dubio poſſet ſine aſſenſu alienari, ſed *Frec. de ſubfeud. lib 2. in limit. 26. ad Conſtit. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*, tenet ſimpliciter, quod requiratur aſſenſus, & hæc opinio mihi verior videtur ob generalitatem Conſtitutionis.

De hoc feudo Franco non deberi ſeruitium tenet *Reg. de Põte conſ. 130. num. 9. libr. 2.* vbi dicit in hoc Regno adeſſe quędam feuda franca vtputà feudum S Mariæ de Foſſa poſſeſſum per illos de Silua, & ita fuit iudicatũ in Regia Camera, vt ipſe teſtatur, dum Fiſcus petijt dictum feudum taxari, & deſcribi in cedulario, & idem dicit fuiſſe iudicatum in feudo Cayuani poſſeſſo per Principem Hoſtiliani.

SVMMARIVM.

1 *Naturales non ſuccedunt in feudis, niſi fuerint ſpecificè legitimati ad feuda.*
2 *Legitimatus ad feuda, legitimatione vera, quæ eſt reintegratio totius ſtatus dicitur habere ius apertum in caſu* cap. ex præſumptuosè.
3 *Legitimatio facta ad feuda filijs legitimis, & naturalibus non præiudicat.*
4 *Filij legitimi, & naturales nati poſt legitimationem, non excludunt filiũ legitimatum à ſucceſſione feudorum.*
5 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium excludunt legitimos, & naturales poſtea natos, eſto quod feudum ſit conceſſum pro ſe, & liberis legitimè deſcendentibus.*
6 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non excludit legitimos, & naturales natos ante ſubſequtum matrimonium, licet naturalis primo loco natus ſit.*
7 *Spurius legitimatus per Principem, ſuccedit ad feuda.*
8 *Adoptiui excluduntur à ſucceſſione feudorum.*

ARGVMENTVM.

Filij naturales adoptiui, & legitimati an ſuccedant in feudis.

CONCLVS. LXXIX.

1 NAturales filij non ſuccedũt in feudis, *c. 1. §. naturalis ſi de feudo defunct. milit.* niſi legitimati ſint ad feudorum ſucceſſionem, *gloſſ in dict. §. naturalis, in verb. legitimi. Iſern. in cap. 1. de inueſtitura, quam Titius accepit à Sempronio.* hoc enim caſu legitimatus in nihilo differt à filijs legitimis, & naturalibus, vt in *auth. quib. mod. nati efficiantur ſui, §. ſi quis ergo filius, Bartol. in l. ſi is qui pro emptore, num. 29. ff. de vſucap. Affict. deciſ. 195.*

2 Et legitimatus ad feuda legitimatione vera, & propria, quæ eſt reintegratio totius ſtatus, aliàs ſi eſſet limitata, dicitur diſpenſatio, *Dec. conſil. 52. Alex. conſ. 38. volum. 3.* quos cum alijs allegat *Doctiſſ. Camill. de Med. conſ. 100. num. 9.* dicitur habere ius aper-

Digitized by Google

apertum in caſu *c. expreſumptuosè*, de quo ſupra *concluſ. 36. Georg. in lectur. feudal. cap. 52. num. 39.*

Et hæc legitimatio facta per Principem etiam ad feuda, vt diximus regu-
3 lariter filijs legitimis, & naturalibus nõ præiudicat, *Iſern. in cap. 1. §. naturalis ſi de feudo defunct. milit. num. 5. Blanc. in ſumma feudali, cap. 1. lib. 3. num. 12. de ſucceſſ. feud fol. 394.*

Sed ſi pater legitimaſſet filium naturalem tempore, quo non habebat fi-
4 lios legitimos, & naturales licet poſtea procreaſſet filios legitimos, & naturales: hi excluduntur à legitimato, *Iſern. in dict. §. naturales, verſ. quid ergo.*

Legitimati verò per ſubſequẽs matrimonium excludunt ſimiliter legiti-
5 mos, & naturales poſtea natos, etiam quod feudum ſit conceſſum pro liberis ex corpore legitimè deſcendentibus idem *Iſern. in dict. §. naturales, Regens de Ponte in lect. feu. lect. 1. aliàs 10. num. 29.*

Verum ſi quis ſuſcepto filio ex concubina, conuolaret ad matrimonium
6 cum altera, ex qua filios etiam ſuſcepiſſet, & poſtea mortua hac vxore, contraheret matrimonium cum concubina, licet filius primo loco natus ex iſta cõcubina efficiatur legitimus per ſubſequens matrimonium, tamen excluditur à filijs vxoris mortuæ licet ſecũdogenitis, vt *Reg. de Ponte in lectur. feud. in dict. lect. 10. num. 32.*

Procedunt prædicta ẽt in ſpurio le-
7 gitimato per Principem, quem poſſe Principem legitimare affirmat *Iſern. in dict. §. naturalis in prin. ſeq. clarus, in §. feudum, q. 82. n. 3.*

Adoptiui verò filij omninò exclu-
8 duntur à feudorum ſucceſſione, *cap. adoptiuus, ſi de feud. defunct. milit. Reg. de Ponte de ſucceſſ. feud. lect. 1. alias 10. num. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus non tenetur reinueſtire agnatum de feudo aperto.*

2 *Feudum apertum poteſt Dominus nedum pro ſe retinere, ſed etiam alijs concedere in præiudicium agnatorum.*

3 *In emphyteuticis tenetur Dominus reinueſtire agnatum, niſi vellet rem pro ſe retinere.*

4 *Intereſſe ſolius voluntatis eſt valde conſiderabile in feudis.*

ARGVMENTVM.

Dominus an teneatur reinueſtire agnatũ de feudo aperto.

CONCLVS. LXXX.

1 DOminus non tenetur reinueſtire agnatum de feudo aperto, *Clar. in §. feudũ, q. 87.* vbi dicit nunquam vidiſſe in feudis ſeruari *dec. Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* cuius text. vigore datur continuatio vtilis dominij in ſucceſſores, & hanc appellat communem opinionem, licet *Curt. in tract. de feud. 2. par. quæſt. 15. & Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. cap. 4.* contrarium ſentiant.

Et poteſt Dominus nedum pro ſe retinere feudum ſibi apertum, ſed il-
2 lud alteri concedere, & per hoc non fit iniuria agnatis, probatur hoc expreſsè *in tex. Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus.*

Quod ſecus eſt in emphyteuticis, in quibus directus Dominus tenetur
3 reinueſtire agnatos; niſi vellet retinere pro vſu proprio, & procedit doctrina *Bartoli in d. §. permittitur.* Cum quo *Bartolo* totam ferè iurisprudentiam conuenire dixerunt DD. vt refert

fert *Præſ.de Franch.dec.*123.*Reg.de Ponte conſil.*23.*vol.*1. *Fab.de Anna conſil.*77.*n.*5.*vol.*1.

Sed quãdo directus Dominus nollet rem retinere pro vſu proprio, tenetur reinueſtire agnatos,alias etiam eis fieret iuiuria, vt *de Franch.loco allegato,num.*5.

Ratio diuerſitatis euidens eſt, nam in feudis conſideratur etiam intereſſe
4 voluntatis, vt ille potius, quam alter habeat,argumento *l.fin. ff.de vſu, & habitatione*, vti *Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 3. §. 3.*num.* 24. tradit ex *And.Iſerniæ*, confutatis *Propoſit.Zaſ.* & *Curtio* contrarium ſentientibus.

SVMMARIVM

1 *Euictio locum habet in feudis contra Dominum concedentem.*

2 *Euictio locum habet, quando feudum eſſet conceſſum propter ſeruitia, quo caſu eſſet donatio remuneratoria, quæ ſecum euictionem trahit,*

3 *Feudo conceſſo propter ſeruitia præſtita ratione officij,non oritur donatio remuneratoria,ſed gratuita.*

4 *Euictio non competit in ſimplici donatione,ſeu infeudatione.*

5 *Euictio habet locum in feudo per vaſſallum quæſitum à Domino propter pecuniam.*

ARGVMENTVM.

Euictio an habeat locũ in feudis.

CONCLVS. LXXXI.

1 EVictio locum habet in feudis contra Dominum concedẽtẽ, *cap.* 1. *de inueſtitura de re aliena facta,cap.vnico,ſi de feudo vaſſallus ab aliquo fuerit interpellatus*, & hoc illa ratione, nam ante traditionẽ faciendam per Dominum infeudantem, vaſſallus præſtitit iuramentum fidelitatis,*cap.* 1.*quid præcedere debeat fidelitas an inueſtitura*; & ligatus reperitur,& effectus homo ligius,*cap.* 1. *de forma fidelitatis, Iſern. in cap.* 1. *de controuerſ.feud.apud.par.termin.*

Similiter,ſi feudum eſſet conceſsũ propter ſeruitia, tunc eſſet donatio
2 remuneratoria, quę ſecum euictionẽ trahit,*l. Attilius regulus,ff.de donation. l.Iulianus,§.qui fundum, vbi Scribentes, ff.de verbor.obligat. Iſern.* & *cæteri Feudiſtæ in cap.* 1. *de inueſtit. de re aliena facta*, & *in cap.* 1. *de Capitan. qui Curiam vendidit,in ſecunda additione,verſic.hæc intelligenda ſunt*, nu. 18.*Capyc. in inueſtitura,in verbo, feudorum euictiones,in principio*. Quod tamen limitatur,quando ſeruitia fuiſſent præſtita ratione officij, nam tunc Dominus,donando feuda,largiri potius videtur, quam remunerare,prout alias fuit obſeruatum in cauſa Ducis Sueſſæ hæredis Magni Capitanei, & in cauſa Iulij de Capua, vt tradit *Reg.de Ponte de poteſt. Proregis tit.*5.*num.*28. *& in conſil.*59. *volu.*1. *& Conſiliar. Georg. in lectur. feudal. cap.*33.*num.*4.

4 Sed ſi verſaremur in ſimplici conceſſione,& infeudatione,quæ non habuit originem à præcedenti promiſſione,euictio non competit, nam feuda regulariter conceduntur gratuitu, & amoris cauſa, *Iſern. in cap.* 1. *de Capitan.qui Curiam vendidit, num.*5. *Afflict. in cap.* 1. *de feudo dato in vicẽ legis commiſſoriæ,num.*15. ſicuti de iure Romano ceſſat euictio, in ſimplici donatione,*l.ad res donatas, ff. de ædilit.edicto*; cum ſit contractus meræ liberalitatis,*l.Ariſto, vbi DD. ff.de donationib. Alex.conſ.*125. *num.*7.*lib.*1. *Crauet.conſ.*114.*n.*12.*Camill.de Medic.conſ.*72.

Quando verò Vaſſallus feudum à Domino pecunia quæſierit,tunc quia
5 videtur eſſe potius venditio, quam conceſſio omninò euictioni locus eſt, vt docet *Georg. in lectur. feud. d. cap.* 33.

Digitized by Google

33. *num.* 39. *versic. sed in feudo*, vbi plura circa materiam euictionis in feudis.

SVMMARIVM.

1 *Assensu concesso cum potestate alienandi feudum, non requiritur in alienatione alius assensus, nisi esset expresse reseruatus, et n.* 2.

3 *Potestas alienandi feuda sine assensu, operatur necessitatem assentiendi, si nulla adest causa legitima contradicendi.*

4 *Assensus habetur pro prestito, quando dominus dedit potestatem alienandi feudum sine assensu, et requisitus negat. & num.* 5.

6 *Potestas alienandi concessa per dominum, finitur per primum actum alienationis.*

ARGVMENTVM.

Assensus an requiratur, quando est concessa potestas alienãdi feudum.

CONCLVS. LXXXII.

1 ASsensus an requiratur in alienatione feudi concessi cum potestate alienandi, distinguendũ est; aut enim concessio est facta simpliciter sine reseruatione assensus, & tunc in alienatione nullus requiritur assensus, *Iser. in c.* 1. *de feu. nõ habente propriam naturam feudi*, & est communis opinio, vt testatur *Camer. in l. Imperialem*, *fol.* 45. *col.* 2. *litt.* G, qui alios adducit, *et Frecc in* 26 *limitat. in fi. ad constit. Cõstitutionem diuæ memoriæ, ex theor. Iasonis in l.* 1. *§. item acquisiturus, col.* 2. *de acquir. poss.*

2 Aut est facta concessio, reseruato assensu, & hoc casu assensus requiri-
3 tur, & hæc potestas nil aliud operatur, nisi necessitatem assentiendi, si nulla adest causa legitima contradicendi, *Affictus in §. feudum ea lege, si de feudo defuncti militis, num.* 12. *& Frecc. de subfeudis, lib.* 2. *quæst.* 50. *sequitur Reg. de Ponte cons.* 2. *num.* 1. *libro* 1. *& consil.* 14. *libro* 2. *num.* 72.
4 vbi dicitur, quòd hoc casu dominus assentiri debet, aliàs assensus habetur pro præstito, ex communi Doctorum opinione *in l. si in dotem, §. eo tempore, ff. sol. matrim. vbi Bart. & idem de Ponte consil.* 42. *volum.* 2. *in princ.*

5 Procedunt prædicta, quando vassallus petijt simpliciter assensum, & dominus simpliciter concessit, aliàs enim si vel in petitione, vel in concessione assensus esset restrictus, tunc ad illam tantum speciem censetur concessum, *Ifern. in cap.* 1. *qui feu. tenean. col.* 3. *in fin.* quem citat, & sequitur *Camerar. in loco allegato, col.* 3. *litt. H.*
6 vbi *litt. P.* dicit vnum singulare, quòd hæc potestas concessa alienandi explicatur per vnicum actum, *ex l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb sig. et l. vnum ex familia, §. sed si fundum, ff. de leg.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Minor de iure communi feudorum est ille, qui non compleuit* 25. *annum.*

2 *Minor ætas in Regno fuit coarctata vsque ad annum* 18. *exceptis tamen feudatarijs tam masculis, quàm fœminis, & num.* 3. & 4.

5 *Minor ætas feudatariorum nouissimè fuit redacta ad annum* 18. *completum tam in masculis, quàm in fœminis, & n.* 6.

7 *Mulier nubendo legitimo tempore, efficitur maior, & exit de potestate balÿ.*

8 *Aliqua de balÿs, qui dantur feudatarijs minoribus, remissiuè.*

9 *Balÿ sunt melioris conditionis, quàm tutores.*

ARGVMENTVM.

Minor ætas, quæ sit de iure feudorum, & de iure Regni.

CONCLVS. LXXXIII.

1 MInor de iure feudorum ille dicitur, qui nõ compleuit adhuc 25. annum, *Isern. in c.1.§.si minori, si de feudo defun. mil.* sicuti de iure Romano, *l.1. et toto tit.ff.de minor.* 25. *annis.*

2 In Regno minor ætas est coarctata vsque ad annum 18. completum per *const. Minorum iura*, in qua constitutione excipiebãtur feudatarij his verbis: *Exceptis nobilibus feuda habentibus, qui cum Ballio careant, ab anno* 15. *erunt maiores.*

3 Et licet hodie *in d. const.* non legãtur prædicta verba, tamen in veteribus codicibus aderãt, vt aduertit *Lup. rul. ad Isern. in l. Imperialem, de probib. per Frid. §. si quis infeudatus, nu.* 28 *litt. A.* vbi miratur, quod *Affict.* hoc non aduerterit in *d. l. Imperialem*, sic refert *Consiliar. Georg. in alleg.* 16. *n.* 4. in qua scripsit pro Ioan. Angelo Barile antiquissimo Barone Sancti Archangeli, Ducè Caibani, & huius Regni à Secretis, & Vicecancellario, Equite sublimis ingenij, & omnibus virtutibus ornatissimo.

4 Et hoc procedebat tam in masculis feudatarijs, quàm in fœminis, *Præs. de Franch. decis.* 650. *n.* 2. *vbi n.* 3. testatur de supradictis verbis deficientibus in tex. constitutionis.

5 Anno postea 1589. in generali parlamento fuit supplicatum Catholicæ Maiestati, vt minor ætas feudatarior dũ duraret sicut cæterorum, vsque ad annum 18. Quo negotio remisso Proregi, fuit concessum iuxta petita, ita vt feudatarij sint minores vsque ad annum 18. completum, & propterea sub balio sint, vt habetur in *pragmat.* 2. *de minoribus.*

6 Hęc pragmatica comprehendit etiã mulieres feudatarias, ita vt vsque ad 18. completum sint sub balio, & mi-
7 nores; nisi ante dictum annum nubãt, quo casu exeunt à potestate balij tanquam effectæ maiores, *Isern. in const. minorum iura, in fine, versic. nos de facto*, quem refert, & sequitur *Regens Rouitus consilio* 13. *numero* 17. *lib.* 2. *& in dicta pragmatica* 2. *de minorib.* vbi declarat supradicta procedere, quando nubit completo duodecimo anno, tunc enim exit de potestate balij, aliàs secus, *ex Isernia in loco allegato.*

8 ADDE. Balij feudatarijs minoribus quomodo, & à quibus dentur, & num si fuerint à patre destinati, debeant à Rege confirmari pro suo interesse; aliaque scitu digna circa hoc explicat nouissimè *Montanus in l. Imperialem, §. præterea si quis infeudatus,*
9 *à num.* 57. *ad finem.* Et nota, quòd Balij sunt melioris conditionis, quàm tutores, in eo præcipuè, quòd eis debetur salarium, etiam si ab initio non fuerit constitutum, quod secus est in tutoribus, vt tradit *Præs. de Franchis in decis.* 122.

Octauius Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio est similis legitimæ, licet non idem.*

2 *Dos de paragio transmittitur ad hæredes mulieris ante nubilem ætatem, quando æquiualens est legitimæ, sed si excedat, in illo excessu nõ fit transmissio, & nu.* 3.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Dos de paragio an trāsmittatur ante nubilem ætatem.

CONCLVS. LXXXIV.

1 DOs de paragio debita fœminis ob excluſionē portionis, licet nō ſit idem, quod legitima, eſt illi tñ ſimilis, & quaſi legitima appellatur ex interpretatione ſapientum Regni, vti teſtatur *Io. Vincentius de Anna allegat. 70. num. 16. Praſ. de Franchis deciſ. 618. Regens de Ponte conſil. 65. lib. 1. Conſiliar. Georg. allegat. 11. n. 7.* qui allegat ex antiquis *Riccard. Malumbr. in quadam ſua diſputatione*, quam refert *Cynus in l. ſancimus, C. de nuptijs*, & alios, præcipuè *Iſer. in conſt. in aliquibus.*

Eſt ideo paragium tamquam ſubrogatum loco legitimæ, quæ purè debetur, vt diximus ſupra *concluſ. 3. n. 6.*

2 Tranſmittitur ad hæredes mulieris, ſi ea moriatur ante nubilem ætatem, vti *Cannetius in Extrauag. Volentes, cap. non eſt otioſum, Cumias in cap. ſi aliquem, num. 83.* & ſic fuiſſe deciſum per Sac. Conſ. refert *de Franch. dicta deciſ. 618. et Georg. in d. alleg. 11. n. 17.* qui ex doctrina *Petri de Gregorio in tractatu de dote de paragio, quæſt. 39.*

3 limitat, vt ſi dos de paragio excedat legitimam, ex cauſis, de quibus diximus in *dicta concluſ. 3.* in illo exceſſu, & in illo pluri non fiet tranſmiſſio; cum illud non participet de natura legitimæ, in reliquo fit tranſmiſſio; & hæc eſt communis opinio, ſecundum quam fuit laudatum per arbitros, reprobata opinione *Minadoi in repetit. conſtit. in aliquibus, 7. notab. num. 10.* vti teſtatur idem *Georg. loco allegato*, & ſic ſeruari in praxi teſtatur *Molſeſ. ad conſuetud. Neapol. de ſucceſſione ab inteſtato, quæſt. 15. nu. 6. verſ. verum, & num. 9 verſic. quæ quidem opinio*, ex *Loffredo etiam conſ. 26.*

ADDE. De materia latè *Scipio Biloſta inſignis I. C. gentilis noſter in conſil. 12. 13. & 14.* cum hoc volumine alligaris, vbi adſunt celeberrimorum Iuriſconſultorum reſponſa in hunc eundem articulum.

Octauius Biloſta

SVMMARIVM.

1 *Procurator generalis non poteſt obligare feuda.*

2 *Mandatum generale ad omnes, & quaſcūque lites, comprehendit etiam feudales.*

3 *Procurator ad vendendum feudum, poteſt conſtitui ſine aſſenſu.*

ARGVMENTVM.

Procurator generalis an poſsit obligare feudū.

CONCLVS. LXXXV.

1 PRocurator generalis, etiā cum clauſula, quod poſſit facere omnia, quæ mandatum ſpeciale requirūt, non poteſt obligare feudum, nam huiuſmodi clauſulæ, & ſimiles præiudiciales non operantur, & habentur pro verbis ſtyli communis Notariorum potius, quā pro verbis diſpoſitiuis, *Affliſt. in cap. 1. §. in generali poſt num. 9. ſi de feudo defun. milit.* vbi dicit, Procuratorem generalem eſſe legitimam perſonam, exceptis iudicijs feudalibus, & *Anna ſenior* 1
ſic refert deciſum in cap. 1. de vaſſallo decrep. ætatis, n. 42.

2 Sed mandatum vniuerſale ad omnes, & quaſcunque lites, comprehendit etiam lites feudales, vti teſtatur fuiſſe deciſum *Anna ſenior ſing. 328.* 2

Digitized by Google

licet ipſe contrarium defenderit in allegat. 118.& 119. & aliam conſimilem deciſionem refert *de vaſſall. decrep.ætat. num.*43. *& Afflict. in dicto cap.in generali,num.*10. refert aliam deciſionem Sacr. Conſ. licet contra eius opinionem. Et ſic remanet indubitata concluſio per tot deciſiones, quod in mandato generali ad omnes, & quaſcunque lites, veniunt etiam lites feudorum.

3 Prædictis confert id, quod dixit *Camerar. in l. Imperialem, cart.* 51. *litt. L.* quod procurator ad vendendum feudum poteſt conſtitui ſine aſſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Ius ſuperueniens regulariter non habet locum in feudis.*
Tex.in l.cum vir, ff de vſucap. non habet locum in feudis.
2 *Refutatio feudi, quod tempore refutationis non eſt refutantis, non conualidatur ex iure ſuperuenienti.*
3 *Dominus inueſtiendo aliquem de feudo, quod tempore inueſtiturę non erat penes ipſum, ſi poſtea feudum ad eum ſuperuenerit, ex iure ſuperuenienti confirmatur primus actus.*
4 *Aſſenſus ſuperueniens, validat iudicium ceptum ſuper feudo.*

ARGVMENTVM.

Ius ſuperueniens an habeat locum in feudis.

CONCLVS. LXXXVI.

1 IVs ſuperueniens, non habet vigorem in feudis regulariter, ſic *tex. in l.cum vir, ff. de vſucap.* in feudis non habet locum. *Capycius in inueſtitura, in verbo feudorum genera, in verſic. de caducita-*
*te ſucceſſionis, Andreas Gaill. practicarum obſeruationum, lib.2.obſerv.*155. *Menoch.conſ.*1. *num.*419. *Ioan.Vinc. de Anna in allegat.* 45. *& in cap.*1. *de vaſſal. decrep. etat. num.*264. quem ſequitur *Fabius eius filius conſil.* 39. *num.*66. vbi *num.* 68. ponit caſum dicti conſ. quod eſt exemplum huius
2 axiomatis,videlicet,quando refutatur feudum, quod tempore refutationis non eſt refutantis, ſed poſtea illius fit, quo caſu non conualidatur refutatio. Idem dixit conſulendo *Ia.And.Georg. in alleg.*3.*et Reg. de Ponte cõſ.*36.*n.*11. *& in tract.de poteſt. Proregis, in tit.de regalib.impoſitionib. in* §.7. *per totum,* vbi *num.* 36. reprobat opinionem *Bambac.* tenentis pro affirmatiua in *cap. moribus, q.*1. *ſi de feudo defuncti milit.*ſicut etiam tenet pro affirmatiua *Regens Lanarius conſil.* 92. *num.* 23. *et doctiſſimus Conſil. Thedorus in eius ſolemni allegat.*93. qui vtique forſan
3 loquuti ſunt in domino, qui aliquem inueſtierit de feudo, quod tempore inueſtiturę non erat penes eum, ſed poſtea ſuperuenit,tunc.n.locum habet *d.l.cum vir,*vt actus ſuperueniens,cõfirmet primũ actum, vti *Affl.dec.* 292. *& Regens de Ponte in loco allegato.*

14 ADDE. Ius ſuperueniens habet locum in feudis, reſpectu aſſenſus, lite pendente, ſuper re feudali, expediti, qui validat iudiciũ in terminis, in quibus repetitur, *Iſern. in l.Imperialem.* n.21.*de probib.per Frid. Affl.dec.*286. *et* 335 *in* 2.*dubio.* & cumulat *Gallupp. in praxi S.C. par.*2.*c.*3.*n.*48.

Octauius Biloctæ.

SVMMARIVM.

1 *Exteri origine qui ſunt orti, vel oriundi in Regno, in totum pro Regnicolis reputantur.*
2 *Filij orti extra Regnum ex oriundo.qui incolatũ deſeruit, reputantur exteri.*
3 *Incolatus nõ amittitur,niſi per deſertionẽ habitationis & maiore parte anni.*
4 *Ciues effecti Neapolitani, ſiue ex priuilegio,*

Digitized by Google

legio, ſiue ducendo vxorem Neapolitanam; & in eadem ciuitate domum ementes, vel ædificantes, gaudent omnibus priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus Neapolitanorum, ſed non habentur pro Regnicolis, in terminis pragmat. 17. de feudis.

5 *Author obijt, dum opus imprimebatur.*

6 *Vxorem Neap. ducentes, vel domum ementes, potiuntur beneficio aſſenſus legis ſuper dotibus, & n. 10.*

7 *Ciues effecti ex priuilegio, gaudent beneficijs ſtatutorum ciuitatis.*

Ciuium appellatione venit allectus in ciuem, ſed contra n. 11.

8 *Aſſenſus, quamuis ſit ſtricti iuris, comprehendit attamen omne id, quod ex proprietate nominis, vel verbi continetur.*

9 *In expreſsè conceſſis in aſſenſu ſit latiſſima interpretatio.*

ARGVMENTVM.

Exteri Regni, qui dicãtur in caſu aſſenſus legis ſuper dotibus Neapolit. de quo in concluſ. 53. & in caſu alienationis feudorũ per exteros faciendæ, de qua in concluſ. 41.

CONCLVS. LXXXVII.

1 EXteri origine qui ſunt orti in Regno, vel oriundi (in omnibus enim parificantur orti, & oriundi, *l. 1. in princ. ff. ad municipalem, vbi gloſ. in verbo Natiuitas*, ibi, *ſiue propria natiuitas, ſiue paterna, l. ciues, C. de incolis, lib. 10.*) in totum pro Regnicolis reputantur.

2 Sed ſi pater ortus in Regno, deſerendo incolatum, filios procreauerit extra Regnum, tales filij non reputabuntur Regnicolæ, *Caſar de Graſſis deciſ. 15. de probat. Reuerendiſſ. Epiſcopus Io. Aloyſius Riccius I.C. inſignis, & laborioſiſſimus in praxi Curiæ Archiepiſcopalis, reſol. 25. n. 8. verſ. ſecundo limita, fol. 159.*

3 Verum eſt tamen, quòd ſi aliquando quis receſſerit, non animo differẽdi incolatum, illud non amittit, nam non ſingula momenta habitationem faciunt, ſed animi reſidentia, *l. ſi quis ita legauerit, ff. de condit. & demonſtr.* Vnde ſi pro maiori parte anni habitat, licet aliquando diſceſſerit, incolatum non amittit, *l. 1. verſ. commaneat, ff. de liberis agnoſc. Gramm. deciſ. 87. n. 5.*

4 De cætero ciues ex priuilegio, ſiue illi, qui vxorem Neapolitanã ducunt, & in eadẽ ciuitate domum emunt vel ædificant, licet efficiantur ciues Neapolitani, ad finẽ vt gaudeant omnibus priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, quibus cæteri Neapolitani ciues gaudent, vt habetur in *pragmat. 1. de immunit. Neapol.* non reputantur Regnicolę in terminis *prag. 17. de feudis*, & ſic ſemper fuit ſeruatum, & iudicatum per S.C. vt refert *Reg. Rouit. in d. prag. 17. n. 2.*

ADDITIO.

5 HAec concluſio remanſit ſic imperfecta ob mortem Domini genitoris, quæ occurrit die Martis 28. Octobris, anno ſalutis 1636. ætatis ſuę 60. dum opus erat ſub prælo, & ab ipſo elimabatur: ideoque noſtrum erit hic examinare, an ducentes vxorem, vel domum emẽtes Neapoli, qui efficiuntur ciues Neap. vt in *pragmat. 1. de immun. Neapolitanorum*, potiantur beneficio aſſenſus legis dotibus mulierum Neap. vel Neapolitanis nubẽtium

Digitized by Google

tium conceſſo, vt ſupra *concluſ.* 53. &
6 quod taliter effecti ciues, potiantur beneficio dicti aſſenſus legis tenet *Gramm. in deciſ.* 103. *nu.* 110. *& ſeq.* quod roborari poteſt ex eo, quia ciues effecti ex priuilegio, gaudent be-
7 neficijs ſtatutorum Ciuitatis, vt poſt alios notat *Amat. dec. Ferrar* 2. *n.* 28. cùm ciuium appellatione veniat alleQus in ciuem, *l.* 1. *ff. ad municip. & l. ciues, C. de incolis, lib.* 10. & cumulat *Caput. ad conſuetud. Neap.* §. 5. *de perſonis in pralud.* & aſſenſus, quamuis
8 ſtrictiſſimi iuris ſit, comprehendit tamen omne id, quod ex proprietate nominis, vel verbi cõtinetur, vt tradit *Horat. Montan. perſpicaciſſimus Feudiſta in l. Imperialem, num.* 61. *litt. O,*
9 & in expreſsè conceſſis in aſſenſu, ſit latiſſima interpretatio; quamuis aliter in aſſenſibus extẽſiones omnes prohibentur oſtendit idem *D. genitor infra concluſ.* 100. *n.* 10. Et tales ciues effecti per *d. prag.* 1. ſunt verè ciues, ex ipſius pragmaticæ verbis, ibi, *Sint, & eſſe debeant ciues*, quæ verba expendit *Reg. Rouit. ibidem n.* 1. vltra quod expreſsè dicta prag. ſtatuit, tales ciues benefi-
10 cio cæterorum ciuium potiri. Et ideo concludendum erit, ciues taliter effecti, gaudere beneficio huius aſſenſus legis, accedente etiam ampliatione, quam in fauorabilibus admittunt iu-
11 ra; etſi aliqui voluerint ciuium appellatione venire tantum originarij, vt notat *Surd. deciſ. Mant.* 329. *num.* 9. *et* 10.

Octauius Biloctæ.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus poteſt probari nedum per ſcripturam, ſed etiam per teſtes, contra Afflict. in deciſ.* 143. *et* 198. *et n.* 2.
3 *Aſſenſus hodie requirit ſcripturam, attentis pragmat. Regni.*

ARGVMENTVM.

Aſſenſus an poſsit probari per teſtes.

CONCLVS. LXXXVIII.

1 ASſenſus poteſt probari nedum per ſcripturam, ſed etiam per teſtes, nam ſcriptura non eſt de ſubſtãtia probationis gratiæ miſtæ, cuiuſmodi eſt feudi conceſſio, *Camerar. in l. Imperialem, fol.* 8. *litt. K* & hoc procedit tam de iure communi feudorum, quã de iure Regni, ſicuti *Reg. Lanar. in lecturis feudal. fol.* 447. *n.* 114. vbi incipit tractare hanc quæſtionem, & proprie *num.* 119. dicens, quòd *Affli&us* deceptus eſt *in deciſ.* 143. *et* 198. dum dixit, quòd non poſſit aſſenſus probari per teſtes; quod prius aduertit *Camer. in loco allegato, litt. O.*

2 Et concludit *Reg. Lanar.* quod ſiue tractemus de ſimplici gratia, ſiue de aſſenſu Regis ſuper alienatione feudi, tam in Regno, quàm extra, non eſt ad ipſius eſſentiam neceſſaria ſcriptura, nec ſemper requiritur pro ſubſtantia probationis.

3 Atque id, quod cõmuni ore circũfertur, quòd aſſenſus requirit ſcripturam, procedit attentis Regijs pragmaticis, ſub titulo de feudis, quæ induxerunt regiſtrationem, & reductionem aſſenſus in formam probantem, vti colligitur ex *deciſ. S.C.* 4. *nu.* 27. *Reg. Caroli Tapia, Marchionis Belmontis, inter doctiſſimos viros celeberrimi.*

SVMMARIVM.

1 *Refutatio reſeruato vſufructu an valeat, referuntur contrariæ opiniones, & n.* 2.
3 *Iſernia doctrina declaratur, & num.* 4. *& 5.*
6 *In refutatione reſeruato vſufructu, requi-*

Digitized by Google

quiritur in Regno aſſenſus immediatè à Rege, quod limitatur in refutationibus factis per parentes, contemplatione matrimonij.

ARGVMENTVM.

Refutatio reſeruato vſu fructu, an fieri poſsit cum aſſenſu Proregis.

CONCLVS. LXXXIX.

1 REfutatio reſeruato vſufructu an valeat, anceps eſt quæſtio, ſiquidem pro affirmatiua facit *tex. in c. 1. §. et ſi libellus, de alienat. feud. pater.* vbi conceſſio ad libellum valet inter agnatos quaſi refutatio, quæ datio ad libellum fit cum reſeruatione iuris, & hanc opinionem ſequutus fuit *Bolognett. conſ. 7. num. 96.* dicens, valere refutationem, & reſeruationem, ex quo vſusfructus intelligitur de perceptione fructuum, non autem de integrali vſufructu, prout eſt pars dominij, & teſtatur hanc opinionem eſſe communem extra Regnum, prout *Fab. de Anna in conſ. 41.*

2 Pro negatiua verò opinione, quod nõ valeat talis refutatio fuerunt *Loffr. conſ. 3. & conſ. 9. n. 16. Camer. in l. Imperialem, fol. 32. col. 2. litt. G.* & hoc caſu nedum irritatur reſeruatio vſusfructus, ſed etiam ipſa refutatio ex individuo voluntatis, de quo in *l. Pedius, ff. de arbitr. & in l. 2. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig.* prout *Fab. de Anna in conſ. 46. n. 4.* & diximus concluſ. 63.

3 Et licet *Iſer. in cap. 1. §. et ſi libellus, n. 5. de alien. feu. pat. & in conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, in verſic. iure proprio*, dicat quod valet refutatio, cætera verò pacta, non hoc intelligitur de pactis initis extra, & poſt refutationem, nõ verò de pactis appoſitis tempore refutationis, quo caſu vtrunque corruit, *Camer. in l. Imperialem, f. 31. col. 1. litt. B. & Loffred. in dicto conſ. 3.* & nos ſupra concluſ 6.

4 Poſſumus etiam reſpondere, quod opinio Andreæ procedit extra Regnum, & maximè in Regno Siciliæ vltra Farum, per *cap.* quod incipit, *Eorum fraudibus*, vt dicit *Cannetius in cap. volentes, fol. 161. n. 36.*

5 Item poſſumus dicere, quòd hæc opinio Iſer. antiquis temporibus erat recepta, prout *Freec. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 16. nu. 4. & quæſt. 34. n. 5.* vt teſtatur *Anna in alleg. 35.*

6 Quidquid ſit, in Regno eſt vera opinio negatiua, & requiritur aſſenſus immediatè à Rege, prout eſt in *prag. 4. de feudis*, in refutatione reſeruato vſufructu; niſi quando pater, aut mater contemplatione matrimonij faciunt refutationes, prout in *prag. 7. de feud.* & ita teſtatur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 6. §. 3. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus in feudo nec conſtitui, nec præſcribi poteſt ſine aſſenſu, et de ratione, num. 2.*

3 *Vaſſallus poteſt imponere temporalem ſeruitutem in feudo, durante eius dominio.*

4 *Feudo deuoluto ad dominũ, extinguitur omnis ſeruitus, etiam ſi per centenariam ſteriſſent.*

5 *Feudo ad dominũ translato titulo particulari, is tenebitur ad ſeruitutes conſtitutas per Baronem ſine aſſenſu.*

6 *Agnatus ſuccedens in feudo hereditario, non improbabit ſeruitutem conſtitutam per prædeceſſorem.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Seruitus an poſsit imponi ſuper feudo ſine aſſenſu.

CONCLVS. XC.

1 SEruitus conſtitui minimè poteſt ſuper feudo ſine aſſenſu, *per tex. in l. Imperialem, vbi Camer. fol* 17. *litt. G. de probib per Frid.* nec poteſt preſcribi ſeruitus in feudis, per *d. l. Imperialem*, §. *Imperator Lotharius*, ibi, *Nullius temporis præſcriptione impediente*, vt latius diximus ſupra *concluſ.* 31.

2 Ratio illa eſt, nam ſi præſcriberetur aliquod ius ſuper feudo abſque qualitate feudali, fieret diminutiõ feudi, & cum qualitate feudali fieret diſmembratio feudi, quorum vtrunque eſt prohibitum de iure communi feudorum per *Lotbar. & per Frider. & per conſtit. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

3 Vaſſallus ergo ſeruitutem in feudo conſtituere non poteſt, loquendo de perpetua ſeruitute, ſed in temporali, durãte Baronis dominio, procedit ſeruitus, *cap.* 1. §. *quid ergo, de inueſt. de re. alien facta, vbi Iſer. Frecc. lib.* 2. *ſubfeu. in* 7. *limitat. ad conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ. Curt. de feud. par.* 4. *q.* 14. vbi teſtatur de communi *Camill. de Medic. conſ.* 128. *num* 9. 10. 14. & 15.

4 Quo caſu deuoluto feudo ad dominũ, extinguitur omnis ſeruitus, etiã ſi per centenariam ſtetiſſet, *Iacobin. de feud. in verbo qui quidem inueſtiti*, col. 16. & 17. nam dominus ante deuolutionem agere non potuit, *l* 1. *C. de annali exceptione.*

5 Sed ſi feudum peruenire ad dominum ex titulo particulari, puta vti hæredem vaſſalli, vel donatarium, tenebitur ratas habere ſeruitutes; vt *Capye. in inueſt. in verbo feudorum deuolutio, in verſ. ſeruitutes fol.* 159.

6 Pari ratione agnatus ſuccedens in feudo hæreditario, non improbabit ſeruitutem conſtitutam per prædeceſſorem, quod ſecus in feudo ex pacto, & prouidẽtia, *Clar. in* §. *feudum, q.* 37. *Iſern. in l. Imperialem*, §. *præterea ducatus, n.* 38. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Res reddituæ feudo ſunt allodiales, & habentur pro ſimpliciter cenſualibus, & habent propriam naturam ſeparatam ab emphyteuticis.*

2 *Res reddituæ feudo licet ſint allodiales, tamen cenſus, qui ex eis debetur, eſt feudalis.*

3 *Res reddituæ feudo, quando de conceſſione apparet, iudicari debent vt res emphyteoticæ.*

4 *Res reddituæ feudo alienari non poſſunt ſine Baronis aſſenſu, & n.* 5.

ARGVMENTVM.

De rebus redditiuis feudo.

CONCLVS. XCI.

1 REs feudo redditiuæ, de quibus ſupra *concluſ* 10. ſunt allodiales, non feudales, & habentur ſimpliciter pro cenſualibus, & habent propriam naturam ſeparatam ab emphyteuticis, *Capycius deciſ.* 103. & 107. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official.* §. 4. *et in conſ.* 11. 1. *vol. n.* 3. vbi dicit, quòd licet prædictæ res ſint allodiales, tamen cenſus, qui debetur ex eis, dicitur feudalis, vt diximus in *dicta concl.* 10. *n* 6.

2

Prædicta procedunt, quando hæc bona à tempore immemorabili hoc modo

Digitized by Google

modo ſtetiſſent ſine initio conceſſio-
3 nis; Nam ſi de conceſſione appareret, iudicari debent, vt res emphyteoticæ,
4 prout *Afflict. deciſ* 129. & in vtroque caſu alienari nequeunt ſine Baronis aſſenſu, *gloſ. & Iſern. in conſt ſi quando contingerit.* Et quod res feudo reddititiæ dummodo de qualitate feudali
5 aliter non appareat, reputentur allodiales docet *Cæpp. in l. Imperialem, gloſ. fin. in concl. 3. verſ. & hodie nulla conceſſio, fol. 26.* qui teſtatur ſic fuiſſe deciſum per S. C. in cauſa Vincentij Barilis, cum Vincentio Dentice, & *Lipar ad Iſern in d.l Imper n. 8. lit. T.* idemq; firmat *Vrſill. ad Affl. dec. 129. & Reg. de Ponte conſ. 11. vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli poſſunt cogi à Rege ad præſtandum ſeruitium ſiue in pecunia, ſiue perſonale.*

2 *Vaſſalli poſſunt cogi ad ſeruiendum extra Regnum, quo caſu ſimiliter poteſt dominus exigere noua adiutoria, & tributa.*

Refertur exemplum Scipionis Africani, qui compulit Siculos extra Regnum pro ſeruitio Reip. Romanæ.

3 *Rex noſter Catholicus maximus, & potentiſſimus, Fidei defenſor, & Chriſtianorum clypeus, tenetur, prout facit, auxilium præſtare contra Infideles, & Hæreticos.*

4 *Rex qui habet plura Regna, poteſt exigere noua tributa, & adiutoria ab alijs Regnis pro cõſeruatione vnius.*

5 *Rex tenetur adiuuare Principem confederatum contra communem inimicum.*

6 *Rex vbi eſt irruens in hoſtes, ibi territorium Regis eſſe dicitur.*

7 *Auxilium ab Infidelibus petere, num poſſint Principes Chriſtiani, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

An vaſſalli teneãtur ſeruire extra Regnum.

CONCLVS. XCII.

1 SIcuti diximus in *concl. 17.* poteſt Rex ad eius libitum cogere vaſſallos ad præſtandum ſeruitiũ perſonale, in cuius locum eſt ſubrogata adoha, regulariter intus Regnum.

2 Poteſt etiam dominus cogere vaſſallos ad ſeruiendum extra Regnum, quo caſu ſimiliter poteſt imponere noua tributa, & exigere adiutoria, *Iſern in cap. 1. §. ſed nec eſt alia inſtior, n. 41. verſ. ſi habeat, quæ ſit prima cau. benef. amitt.* vbi refert exemplum Scipionis Africani, qui compulit Siculos extra Regnum pro adiuuando bello Reip. Romanæ contra Carthaginenſes, vt auerteret bellum in Italia.

3 Exempla poni poſſunt primo in bellis, quæ geruntur pro Catholicæ Fide, cuiuſmodi eſt præſens in Germania, in quo Rex noſter Catholicus tenetur, tamquam Fidei defenſor, & Chriſtianorum clypeus, prout facit, auxilium præſtare Inuictiſſimo Imperatori, nam Fidei cauſa communis eſt, & commune bonum complectitur, vt comprobat ex authoritate *Diui Antonini, Azerij, Armillæ, & aliorum, Conſil. Georg. in lect. feudal. c. 57. n. 41.* vbi plenè agit ſuper hoc articulo, po-
4 nens alios caſus, vt puta, quando Rex habet plura Regna, nam tunc poteſt exigere noua tributa, & adiutoria ab alijs Regnis pro conſeruatione vnius.

5 Sic etiam pro adiuuando aliquo Principe contra communem inimicum, & pro adiuuando Principe confederato, de qua re ſcripſit etiam *Iacobin. de Sancto Georgio in tract. de feudis, verſ. promiſerunt; & Iacobus de Gello,*

Gello, in tract. de iure adobæ, & Capyc. in l. Imperialem, §. fin.

6 Ad prædicta affertur optima ratio *Baldi in cap. 1. ex quib. can. feud. amitt.* dicentis, quòd vbi Rex est irruens in hostes, ibi est territorium Regis, quem refert *Reg. de Ponte de potest. Proregis, tit. 4. §. 1. n. 47.*

7 ADDE. An verò Princeps Christianus pro sua, suorumq; tutela possit iure licito, fœdus & amicitia Infidelibus iniungi, ac eorumdem auxilium aduersus alios Principes Christianos petere, vide curiosissimã disputationẽ *Octauiani Cacherani Comitis Roccæ, Aratij, ac celeberrimi Senatoris Pedemontani, impressam post eius decisiones.*

Octauius Biloctæ.

SVMMARIVM.

1 *Feuda plana, & de tabula siue militaria, siue rustica, dicta Tenasiæ, & excadentialia, non subiacent constit. Constitutionem diuæ memoriæ, vt possit reuocari illorum alienatio ante assensum, & n. 3.*

3 *Constit. Constitutionem diuæ memoriæ circa reuocationem ante assensum, habet locũ in feudo quaternato, mixto dicto secundum quid, non verò in feudo plano, & de tabula, siue militare, siue non militare, et n. 7.*

4 *Constit. vt de successionibus circa gradus successionis, non habet locum in feudis quaternatis secundum quid, nec in feudis planis, et de tabula, et n. 7.*

5 *Const. In aliquibus, habet locum in feudis planis, et de tabula, ita vt stantibus masculis, femina non succedant.*

6 *Successio in feudis planis militaribus regulatur secũdum iura communia feudorum; in feudis verò planis, & de tabula non militaribus, seruatur ius commune Romanum.*

8 *Feuda plana, et de tabula, possunt dari in dotem sine assensu.*

9 *In feudis planis, et de tabula, sufficit assensus præsumptus per 30. annos, nec requiritur assensus expressus, de quo in constit. Constitutionem diuæ memoriæ.*

ARGVMENTVM.

Constitutiones Regni, an habeant locum in feudis planis, & de tabula.

CONCLVS. XCIII.

1 FEuda plana, & de tabula in duplici sunt differentia, quædam enim militaria, nuncupantur, ex eo quia pro eis debetur Baroni militare seruitium, hoc est adoha. Quædam verò non militaria, dicta rustica Tenasiæ, & excadentialia, de quibus *Affl. dec. 243. in princ.* pro quibus soluitur Baroni ius in vino præstatione operarum, & id genus, & nõ in pecunia, secundum distinctionem *Capyc. in investitura, verbo feudorũ genera, fol. 208. §. in Regno, & §. Tenasiæ, & in l. Imperialem, f. 26, concl. 3. post Petrum de Monteforte in const. vt de successionib. sub n. 4.*

2 In dictis feudis non habet locum *constit. Constitutionem diuæ memoriæ*, ante impetratum assensum, circa reuocationem, ita *Afflict. in d. dec. 143. Paris de Puteo de reintegr. feu. fol. 27. vers. & iuxta præmissa, n. 7.* Quod secus est in feudo mixto, dicto quaternato secũdum quid, in quo locum habet constitutio prædicta, vt *Afflict. in d. decis. 243. nu. 2. & Frecc. de subfeud. lib. 2. de differentijs feudi quaternati, & plani differen. 12. fol. 159. vbi allegat glos. in ead. constit. in verbo iustitia.*

3

4 In feudis planis, quæ à Barone tenentur nec locum habet *const. vt de successionibus, Camer. in l. Imperialem, f. 69. in O. Reg. Rouit. conf. 1. n. 4. lib. 2.*

Con-

Conſiliarius Camillus Villanus in conſ. manuſcripto 3. nu. 31. lib. 2.

5 In feudis planis, & tanto magis in mixtis, habet locũ *conſt. in aliquibus*, ita vt ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, *de Franch deciſ. 7. in prine.*

6 De reliquo in feudis planis militaribus regulatur ſucceſſio ſecundum iura communia feudorum. In feudis verò planis non militaribus ſeruatur ius cõmune Romanum. Hanc diſtinctionem comprobat validiſſimis argumentis, & doctiſſimis rationibus *Ioan. Camillus Cacacius, iam Fiſci Patronus, Regiæ Cameræ nunc eiuſdem Præſes doctiſſimus in eius allegationibus relatis per Fuluium Lanarium, nunc Fiſci Patronum, eiuſdem Regiæ Cameræ, & doctrina, & integritate valde conſpicuũ in additionibus ad repetitiones feudales Reg. Lanarij maximi viri, et I.C. celeberrimi eius patrui, fol. 244. nu. 4. cum pluribus ſequentib.* Et iuxta dictas allegationes fuit deciſum per S. C. in Collaterali, vt refert *Reg. Rouitus deciſ. 42. nu. 32.* ibi, *Diſcuſſo articulo.*

7 Et ſic *conſt. vt de ſucceſſionib.* procedit in feudis quaternatis rectis, & mixtis, non in planis, ſiue militaribns, ſiue ruſticanis circa gradus ſuccedendi.

8 Similiter *cap. Caroli Secundi, incipiens, Item ſtatuimus, quod licitum ſit, conditum in planitie Sancti Martini, prope Terrã nouã Prouinciæ Calabriæ,* per quod diſponitur, quod feuda non dentur in dotem ſine aſſenſu, de quo diximus ſupra *concl 76.* non procedit quando dantur in dotem feuda plana, & de tabula, *Camer. in l. Imperialem,*

9 *fol. 86. col. 4.* Et *conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, dum requirit aſſenſum expreſſum, non habet locum in feudis planis, in quibus ſufficit aſſenſus præſumptus per 30. annos, *Frecc. de ſubfeu. lib. 2. differ. 11. feudi quaternati, et plani, Fab. de Anna conſ. 113. col. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Feudo conceſſo ſimpliciter ſine expreſſione determinati ſeruitij, tenetur feudatarius ad conſuetum ſeruitium, de iure feudorum.*

2 *In inueſtitura quando eſt conceſſum feudum ſimpliciter, & non eſt dictum, vt ſeruiat, conſtituitur feudum francum.*

ARGVMENTVM.

De feudo cõceſſo cum ſeruitio indeterminato.

CONCLVS. XCIV.

1 FEudo conceſſo ſimpliciter, ſine expreſſione determinati ſeruitij, tenetur feudatarius ad conſuetum ſeruitium de iure feudorum, & debetur attenta natura, & conſuetudine feudi, & loci, vbi feudum eſt ſitum, *Iſern. in cap. 1. §. huius autem generis, num. 8. & 9. ex quibus cauſis feudum amittatur. Lffred. conſil. 1. num. 103. Pet. de Gregorio de conceſſ. feud. par. 8. quæſt. 2. Cumias in cap. ſi aliquem, in verſic. ſeruitij conſueti, num. 62. Reg. de Curte in 1. par. diuerſ. cap. incipiente, Cum igitur, num. 13. fol. 39.* Et præ-

2 ſupponendum eſt hoc caſu, quod in inueſtitura ſit dictum, vt ſeruias, ſimpliciter; aliàs enim non expreſſo, vt ſeruias, vel alio ſimili æquipollenti verbo conſtitueretur feudum frãcum, ex probatis per *Reg. de Curte loco allegato, num. 14.* cum ſequentib. De quo feudo franco ſupra *concluſ. 78.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vassallus de iure communi feudorum non poterat alienari inuitus.*
2 *Vassalli in Regno alienantur inuiti, & contradicentes, stante immemorabili consuetudine, quod procedit in omnibus locis, in quibus viget dicta consuetudo.*

ARGVMENTVM.

Vassalli Burgenses an possint alienari inuiti.

CONCLVS. XCV.

1 DE iure cõmuni feudorum, sicuti vassallus, non poterat alienare feudum sine domini assensu, ita pariter nõ poterat dominus alienare feudũ sine vassalli voluntate, per *glos. in l. inuitus in 1. glos. ff. de fideicõmissar. libertatib.* & hæc est communis opinio, de qua testatur *Curt. iunior de feud. par. 6. principali, q. 6.* & dominus contrafaciẽdo priuabatur proprietate, *Clar. in S. feudum, quæst. 28 n. 3.* quod prius dixit *Iser. in c. 1. S. ex eadem lege, de lege Corradi, & in l. Imperialẽ, S. nec dominus, num. 44.* quem sequutus fuit *Reg. de Ponte in tit. de his qui feud. dare possunt, Rel. 8. n. 39.*

2 Quidquid sit de iure feudorum, in Regno adest consuetudo, de qua testatur *Loffred. in d. S. nec dominus*, cuius vigore nedũ Rex, sed etiam Barones possunt alienare, vassallos inuitos, dicens, quòd in hoc Regno à tempore, cuius memoria nõ extat contraria, fuerunt alienati vassalli burgenses, inuiti etiam, & contradicentes, cum assensu tamẽ directi domini; Quod procedere dixit in omnibus locis, vbi talis adesset consuetudo, licet de iure feudorum aliter statutum sit de qua cõsuetudine ẽt testatur *Præs. de Frãch. dec. 17. n. 16.*

Super hoc articulo scripsit plenè, & peroptimè *doctissimus Fisci Patronus Regiæ Cameræ Fulvius Lanarius in eius additionibus, magna doctrina refertis, ad lecturas feudales illius magni Regentis, & Præsidis S. C. Io. Antonij Lanarij eius patrui . . . . . fol. 106. 1. col. inter num. 10. & 11.* ad quem Lectorem remittimus, ne transcribamus.

SVMMARIVM.

1 *Feuda existentia intra districtum ciuitatis Neapolis, non subiacent illius consuetudinibus.*
2 *Consuetud. Neapolitana disponunt super bonis feudalibus, excludendo, non includendo.*
3 *Consuetud. de success. ab intestato, & ex testamento, non habent locum in feudis, quæ feuda deferuntur iure successorio, non hereditario.*
4 *Consuetudines de alimentis præstandis, non procedunt in feudis, licet filius, & pater seipsos ad inuicem alere teneantur, & num. 5.*
6 *Pater quod teneatur alere filium, & è contra, procedit non iure patris, & filij ad feudum, sed ratione pietatis.*
7 *In quibus consuet. fit mentio de feudis.*
8 *Consuetud. de iure congrui non habent locum in feudis.*
9 *Lalij Caputi dictum circa hanc quæstionem examinatur.*
10 *In generali appellatione non veniunt feudalia.*
11 *Statutum, nisi expressè de feudis disponat, ad ea non porrigitur.*
12 *Consuetudo, siue usus Capuanæ, et Nidi, atque procerum Regni, num comprehendat bona feudalia, & cum distinctione n. 14.*
13 *Consuetudo Capuanæ, & Nidi, est pactum, & non consuetudo, & sic desissum fuit iunctis aulis per Sacrum Consilium.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Feuda exiſtentia intra territorium, ſeu diſtrictum huius Fideliſsimæ Ciuitatis Neapol. an ſubiaceant diſpoſitioni conſuetudinum eiuſdē Ciuitatis, quæ diſponunt de bonis inibi exiſtentibus.

CONCLVS. XCVI.

1 FEuda non ſubiacere diſpoſitioni Conſuetudinum Neap. eſt communiter receptum (nam feuda habēt ſua ſpecialia iura, tam cōmunia, quàm municipalia Regni, de quibus in Cōſtitutionibus, Capitulis, Pragmaticis, & alijs Regijs ordinibus) *Napodan. in conſuet ſi moriatur, in verſ. ſi quis, vel ſi qua, n. 176 fol. 122. & in conſuet. in quib. reb habeat locum quarta, verſ ſed in bonis feudalibus, n. 13. Reg. de Ponte conſ. 50. n. 15. & 16. lib. 1. Liparul. ad Iſer. in c. in generali, ſi de feu. defuncti mil.* quos cum alijs adducit *P. Molſeſ. in ſuis comment. ad conſuet. lib. 2. q. 7.* vbi teſtatur de expreſſa prohibitione Caroli Secundi, ne feuda comprehēdantur in diſpoſitione conſuetudinū.

2 Et ideo dixit *Napod. in dicto n. 176.* quòd iſtud ius municipale conſuetud. non diſponit ſuper bonis feudalibus, includendo, ſed excludendo ipſa bona feudalia à cenſura conſuet. vt dixit etiam *Luc. de Penna in l. 1. col. 9. verſ. ſed ex eo, C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.*

3 Hinc fit, vt conſuetudines de ſucceſſione ab inteſtato, & ex teſtamēto, nullatenus habeant locum in feudis, nam feuda deferūtur iure ſucceſſorio, non hæreditario, vti *Bal. in c. 1. de nat. ſucc. feud.* & ideo dicuntur inteſtabilia, per *tex. in c. 1. de ſucceſſ. feudi*, & habēt certas determinatas leges in ſuccedēdo tam ab inteſtato, quàm ex teſtamēto, licet veniant in petitione hæreditatis, vt diximus in *concluſ. 69.*

4 An autem pater teneatur de feudo præſtare alimenta filio, de quibus alimentis filio præſtandis diſponunt conſuetudines, vt in *conſuet. ſi quis habet, & in conſuet. quod ſi aliquis, in tit. de alimentis præſtan. Napod. in d. conſuet. quod ſi aliquis, in verbo tenetur*, concludit, deberi alimenta Patri à Filio in bonis feudalibus, quem refert *Conſiliar. Georg. in teſt. feudal. c. 40. n. 53. in fi. & 54.*

5 Verum tamen hęc præſtatio alimentorum à patre filio, & è cōtra, in bonis feudalibus, nō procedit ex diſpoſitione cōſuetudinis, ſed de iure communi Romano, quo attento, pater, & filius alere tenentur ſeipſos ad inuicem, vt *tot. tit. ff. & C. de alend liber.* & in Regno adeſt *conſt. Comitibus.*

6 Et quòd diximus, in feudis teneatur pater alere filium, & filius alere patrem, dummodo non diminuatur ſeruitium hoc nō procedit iure patris, & filij ad feudum, ſed tantum ratione pietatis, vt *gloſ. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi impuber, ff. de liber. agnoſcendis, & Azo. in rub. de bonis, quæ lib.* vti *Georg. in allegato cap. 40. n. 53. & 55.*

7 Fit etiā mentio de feudis in *conſuet. in bonis, in verſic. ſi cui militi, in quibus reb habeat locū quarta*, per hęc verba, videlicet, *Si cui militi ad certum ſeruitium feudum fuerit datum, iſque relicta ex ſe deſcendente fœmina, deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter præſtare poſſit, quàm maſculus; ac ſi in inueſtitura minimè cautum ſit, vt & fœminæ ad id aſpirare valeant; eam tamen admitti*

rectum putamus. Quinimò hoc casu simul cum masculo in feudo eã succedere quidam putant. Quod multo magis dignum observantia existimauimus, vt feudum sic datum est, vt nullum pro eo seruitium inde fiat, vt pleraque hodie feuda dantur.

8 De reliquo consuetud. sequentes, quæ de iure congrui pertractant, minimè locum habeant in feudis, vt supra diximus *conclus.* 19.

ADDITIO.

Aelius Caputus doctissimus I. C. in suis commentarijs ad consuet. Neap. in prælud. §. 6. à num. 21. vsque ad fin. pertractat hanc quæstionem, & defendit, quod consuetudo comprehendat feudalia sita intra districtum Neap. sed dum descendit ad praxim, sub *num.* 33. tradit consuetud. locum sibi vindicare, vel quia eorum dispositio redditur conformis dispositioni iuris feudorum, vel quando agitur de æstimatione, & pretio feudi, quod non est feudale, ad notata per *Præsidem de*
9 *Franch. in dec. 64. n. 3.* Vnde ex adductis per eum, quamuis subtiliter, & doctè rem aget, adeo stat firma hæc domini genitoris conclusio, quòd feuda sita intra districtum, non ligentur consuetudine. In qua etiam opinione residet emeritissimus Regius Consiliarius D. Andreas Prouẽzalis, meus singularis Dominus, & huius iuris consuetudinarij fulgens sidus, vt viuæ vocis oraculo mihi tradit.

Et ratio mihi videtur satis euidens circumscriptis supra adductis. Certum etenim est in consuetudinibus nullam fieri mentionem de feudis, nisi excludendo, vt supra *num.* 2. Et sic versamur
10 in generali appellatione, in qua bona feudalia non comprehendi, est communiter receptum ex dispositione *cap. 1. §. in generali, si de feud. de fratelli controuers. sit inter dom. & vnum vassal.* & cumulat *Consil. de Annaia cons. 29. n. 10. lib. 1. & in cons. 121. n. 22. lib. 2.*
11 Et hac ratione statutum, nisi expresè de bonis feudalibus loquatur, ad ea non porrigitur, vt tradunt *Feudista per cap. 1. §. fin. de inuest. de re alien. facta*, vbi magistraliter *Bal. sequitur Camill. de Medic. cons. 144. n. 47. & Dominus auus meus Consil. Georg. de feudis, c. 40. nu. 17.* & ante eos dixit *Iacobin. in inuestitura, verbo ita quod ipsi, n. 6.*

12 Quæro tandem hic, quid erit dicendum respectu Consuet. siue vsus Capuanæ, & Nidi, ac Procerum Regni, & in his resolutiuè dico, quòd esto, q talis vsus sit pactum, & non consuetudo, iuxta doctrinam *Domini aui mei in alleg. 23. n. 16. & seq.* secundum quam
13 fuit decisum in S. C. iunctis aulis, die 27. Septembris 1632. in causa inter D. Sueuam de Aualos de Aragonia, & Principissam Caspuli, vt testatur *Reg. Rouit. in decis. 100. n. 10.* quidquid in contrarium voluerint *Consiliarij de Anna in cons. 2. & 92. & Theodor. in*
14 *alleg. 1. n. 38.* Vnde cùm tales consuetudines sint pacta, si erunt Regio assensu vallata, comprehendent feudalia, secus si non.

Octauius Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Mora in maritandis sororibus, quæ perit masculiationem de iure consuet. non procedit de iure constitutionum.*

ARGVMENTVM.

Mora in maritandis sororibus, an operetur illarum masculiationem in feudis.

CONCLVS. XCVII.

1 MOra in maritandis sororibus, stantibus *constitutionibus Regni in aliquibus, & de successionib.* quæ deferunt successionem masculis, cum one-

re

re dotandi sorores, nihil fratribus nocet, nec per hoc petere possunt virilē, & (vt aiunt) masculiari, sicuti per consuetudines ciuitatis Neapolis, *in consuetud. si moriatur, versic. eas autem.* Ita probat *Reg. de Ponte de potest Prouisionis, in tit. de success. mulierum, in rub. n. 4. cum sequentib.* post *Affl. dec. 154. ex Iser. in const. in aliquibus, col. 7. n. 2.* vbi ponit cautelam ad excludendam fraudem fratris interpellati post annū, & recusantis nuptui tradere cum effectu, licet verbo offerentis, in terminis dictæ consuetudinis *si moriatur.*

SVMMARIVM.

1 *Adoha non deducitur in taxatione paragij, & vitæ militiæ.*
2 *Adoha tota est primogeniti onus.*

ARGVMENTVM.

In taxatione vitæ militiæ, & paragij, an sit deducenda adoha.

CONCLVS. XCVIII.

1 IN liquidatione, seu taxatione vitæ militiæ, & paragij, non deducitur adoha, ex quo est perpetuum onus feudi, nō verò temporale, argumento *l. hactenus, & l. si pendentes, S. si quid cloacarij, ff. de vsu fructu.* ita *Affict. decis. 252. Gizzarell. decis. 37. nu. 88. doctissimus Reg. Tapia decis. S. C. 14. n. 15.* vbi refert in fine per S. C. fuisse decisum tam in taxatione vitæ militiæ, quàm paragij, non esse deducendam adoham, seu illius
2 ratam, sed totā esse primogeniti onus, vti etiam tradidit *Prat. de Franch. decis. 20. num. 11.* licet *Prat. Amat. I. C. maximæ authoritatis in consil. 11. 12. & 13.* conetur probare, quod in taxatione paragij sit deducenda adoha. Tamen verior opinio est negatiua, prout decisum refert idē *Prat. Amat. in d. cons. 11. in fin.* & prius tradiderat *Capyc. in inuestitura, in verbo feuda adobant, col. fin. vers. fratres,* vbi refert decisionem Regiæ Camerę in vita militia. Et in paragio etiā pluries fuit decisum, vti in supra allegatis decisionibus, & sic etiam fuisse seruatum antiquis temporibus refert *Iacobus de Gello in tract. de iure adoha, n. 93.*

SVMMARIVM.

1 *Per assensum regulariter tollitur obstaculum legis prohibitiuæ actū fieri.*
2 *Dominus per assensum nec donat ius suum, nec in aliquo sibi præiudicat.*
3 *Clausula in assensu, quatenus opus est, de nouo concedimus, quid importet.*
4 *Inuestitura prima, est origo, radix, & fundamentum sequentium inuestiturarum, secūdum quam omnes aliæ intelligi, & declarari debent.*

ARGVMENTVM.

Assēsus nil de nouo inducit regulariter, sed tantum tollit obstaculum.

CONCLVS. XCIX.

1 ASsensus effectus, inter cæteros, ille est, vt per eum tollatur obstaculus legis prohibitiuæ actum fieri sine assensu, sic *Bald. in l. si vt proponis, ff. de seruo pign. dato, Iser. in c. 1. S. sed nec est alia iustior, nu. 38. qua sit prima*
2 *causa benef. amitt.* Hinc est, quòd per assensum dominus nec donat ius suū, nec in aliquo sibi præiudicat, *Iser. in l. Imperialem, n. 12. de probib. per Frid.*

Digitized by Google

vbi etiam *Afflict. & Camerar. fol.* 90. Qui ampliat regulam, vt nec per clauſulam, quatenus opus eſt, de nouo cõcedimus, ſi prima conceſſio deficit, dominus ſibi præiudicet, *Reg. de Ponte conſ.* 3. *n.* 1. *vol.* 1. nam, vt aliàs diximus
4 *concluſ.* 45. *n.* 8. inueſtitura prima, eſt origo, radix, & fundamentum omnium ſequentium inueſtiturarum, ſecũdum quam omnes aliæ intelligi, & declarari debent, ex *Bal. c.* 1. *de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis, & in c.* 1. *de feudo Guardiæ.*

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus non extenditur de perſona ad perſonam, nam cum ſit gratia, reſoluitur in vim priuilegij.*
2 *Priuilegia Principum non extenduntur de perſona ad perſonam, & de rationibus.*
3 *In feudis non fit extenſio, quia ſeruatur rigor.*
4 *Aſſenſus præſtitus pro contractu faciendo, non extenditur ad iam factũ, & è contra.*
5 *Aſſenſus præſtitus diſpoſitioni inter viuos, non extenditur ad diſpoſitionem in vltima voluntate.*
6 *Aſſenſus præſtitus donationi inter viuos, non extenditur ad donationem cauſa mortis, niſi ſit præſtitus generaliter donationi.*
7 *Aſſenſus impetratus pro certa ſumma, non opitulatur pro maiori, vel minori ſumma.*
8 *Aſſenſus quãdo fuit impetratus ad venditionem, non trahitur ad donationem, ſeu obligationem.*
9 *Aſſenſus ſi fuerit impetratus ad venditionem totius feudi, non habet locum in venditione partis, præſuppoſito feudo diuiduo.*
10 *Aſſenſus licet ſit ſtricti iuris, & in eo fiat ſtricta interpretatio, tamen de expreſſo, & conceſſo in aſſenſu, ſit latiſſima interpretatio.*
11 *Aſſenſus præſtitus ſuper dotis conſignatione, intelligitur præſtitus ſuper dotis reſtitutione.*

ARGVMENTVM.

In feudalibus non fit extenſio in materia aſſenſus.

CONCLVS. C.

1 ASſenſus non extenditur de perſona ad perſonam, nã cum ſit gratia, reſoluitur ſicut cæteræ gratiæ Principum, in vim priuilegij, vt *Bal. in præl. feudorum, & in c.* 1. *col. pen. hic ſi-*
2 *nitur lex*. Et clarum eſt, quòd priuilegia non exuenduntur de perſona in perſonam, *l.* 1. *ff. de conſt. Principum.* Et cum ſit demonſtrata certa perſona, cum alia actus adimpleri non poteſt, *l. cum ita datur, ff. de cond. & demonſt.* Adeſt etiam intereſſe volũtatis domini, vt hic potius, quàm ille habeat, argumento *l. fin ff. de vſu, & habitat. Iſer. in l. Imperialem,* 1. *tol.* vbi *Camer. fol.* 41. *à t. lit. S cum ſeq. et fol.* 44. *lit. I.*
3 Hinc dicitur, quòd in feudis ſeruatur rigor, & propterea non fit extenſio, *l. quidquid adſtringendum, ff. de verb. oblig. Camer. in l. Imperialem, fol.* 43. *littera G.*
4 Et ſic aſſenſus præſtitus pro contractu faciendo, non extenditur ad cõtractum iam factum, nec è cõtra, *Iſer. in d. l. Imperialem, n.* 5. *in fi. de probib. per Frid. Afflict. deciſ.* 333. *et in conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu.* 19. *Camer. in eadem l. Imperialem, fol.* 43. *col.* 2. *verſ. nunc Iſernia.*
5 Sic etiam aſſenſus præſtitus diſpoſitioni inter viuos, non extenditur ad diſpoſitionem in vltima voluntate, *Carycius in inueſtitura, verbo feudales aſſenſus, verſ. effectus,* 3. *col.* Sicuti etiã
6 aſſenſus præſtitus donationi inter viuos, non extenditur ad donationem cauſa mortis, niſi fit præſtitum generaliter

Digitized by Google

raliter donationi, *Camerar. in eadem l. Imperialem fol. 45. 1. col.*

7 Idem eſt, ſi aſſenſus fuerit impetratus pro certa ſumma, ſic enim neque pro maiori, neque pro minori feudum vendi, vel pignorari poteſt, *Iſer. in loco*
8 *allegato, n. 5.* Sicut etiam quando fuit impetratus ad venditionem, non porrigitur ad donationem, ſeu obligationem, quia licet comprehendatur donatio, & obligatio à maioritate dominij, tamen quia ſunt diſſimiles contra. &us, aſſenſus non operatur, *Camerar. in d. l. Imperialem fol. 47 lit I.* & ſuper materia videãtur *conſil. Reg. de Ponte 1. num. 46. 25. n. 11. 45. n. 22. 60. n. 22. 71. n. 8 lib. 2. & dictum conſilium 25.* eſt illius *celeberrimi, & doctiſſimi I. C. Pyrri Antonij Lanarij auunculi, Reg. de Ponte, qui Pyrrus Antonius appellatus eſt legum veritàs, patriæ ornamentum, amicorum tutela.*

9 An autem ſi aſſenſus fuerit impetratus pro venditione totius feudi, porrigatur ad venditionẽ partis (præſupponimus feudum diuiſibile de iure communi feudorum, vel de iure Longobardorum) negauit *Camerar. in d. l. Imperialem, fol. 42. in 3. col.*

10 Verum tamen eſt, quòd licet aſſenſus ſit ſtricti iuris, & in eo fiat ſtricta interpretatio, tamen in expreſsè conceſſis cum aſſenſu, fit latiſſima interpretatio, per *l. fin. ff. de conſtit. Princip. Iſer. in l. Imperialem, verſic. quo circa. Camill. de Medic. conſ. 85. n. 5.*

11 Sic etiam fauore dotis aſſenſus præſtitus ſuper dotis conſignatione, intelligitur præſtitus ſuper dotis reſtitutione ſoluto matrimonio, circumſcripto priuilegio Neapolitanis conceſſo, aſſenſus legis, *Camerar. in l. Imperialem, fol. 58. lit. N. et O. Frecc. de ſubfeud. q. 2. lib. 2. n. 12. Anna alleg. 95.*

ADMONITIO AD LECTOREM.

1 IN *concluſ. 39* deleatur periodum *à num. 2. uſque ad num. 4.* & in eius locum ita ſcribatur.

Regula prædicta limitatur fauore dotis, vt poſt mortem obligantis feudum, poſſit impetrari aſſenſus, vti ex *deciſione Bartholomæi de Capua, per tex. in l. ſi ego, §. ſi res. ff. de iure dotium.* Refert *Præſ. de Franch. deciſ. 86.* qui allegat *Affl. deciſ. 383.* nouum dubium, & Caryc. in loco allegato, quod etiam dixit in *deciſ. 623. poſſidente Don Fabritio*, & prius docuit *Camerar. in l. Imperialem. fol. 91. col 1. litt. B.* quem ſequutus fuit *Gizzarell. deciſ. 2. n. 8.*

Sed reſpectu antephati, non poteſt impetrari aſſenſus poſt mortem, idem *de Franch. deciſ. 126. nu. 7.* vbi refert, per S.C. fuiſſe reuocatam ſententiam M. C. V. quæ dixerat, quod *tex. in d. §. ſi res*, procedebat etiam in antefato, & allegat *Annam alleg. 66. n. 4.*

4 Et id, quod dictum eſt, poſſe aſſenſum impetrari poſt mortem, fauore dotis, declaratur, vt hoc fieri poſſit, viuente muliere tantum, cum hoc priuilegium ſit perſonale, & ad filios, & heredes non tranſeat. *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. limit. 9. ad conſt. Conſtitutionem dive memoriæ, n. 22.*

Approbatio
Conſiliorum Domini Scipionis Biloctæ.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Io. Vincentius Iuuenis Cimiſtarca, & Canonicus dep.
Ioſeph Giannettaſius Canonicus deputatus.

EXCELLENTISSIME DOMINE,

Concluſionibus feudalibus Io. Baptiſtæ Bilocte, quæ te permittente, iam formis excutiuntur; accedit nunc Octauij Bilocte filij opera volumen conſiliorum Scipionis Bilocte eorum gentilis; è quorum doctrina ſatis videri licet, quàm celebris illorum author ætate ſua fuerit Iuriſconſultus, vt meritò dignus nepos acribus ad imitationem ſtimulis, tam opulenter profecerit. His nunc ſuccedit ipſe Octauius, optimæ indolis, qui gentilitiæ virtutis, ac laudis æmulus, magnum in legali peritia in dies capit incrementum, iacto iam ſemine ad vberrimam frugem peruenturus. Seruaui, te mandante, cenſuræ leges, nihilq; repperi cenſura dignum, cenſeo propterea & hoc imprimendum; ſi tamen ita iubeat E. V. cui innumeros, eoſdemque tranquillos annos, cum Regni pari auguror tranquillitate. Neapoli Kal. Ianuarij M D C X X X V I I.

Excellentiæ Veſtræ

Studioſiſſimus ſeruus
Cæſar Brancaſi.

Imprimatur.

Tapia Reg. Montalu. Reg. Brancia Reg Zuſia Reg. Caſanate Reg.

Prouiſum per S. E. die 24. Martij 1637.

De Giorno.

Digitized by Google

CLARISSIMI VIRI
SCIPIONIS BILOCTAE
PATRICII BENEVENTANI ANTIQVI ORDINIS
I. C. CELEBERRIMI
DOMINI CASTRORVM MANCVSII, ET LENTACIS
in Regno; ac Pesci S.Angeli in ditione Beneuentana.

Sub PHILIPPO II. REGE per totum Regnum Neap. Generalis Prefecti Campaneæ contra facinorosos, & crassatores.

Et deinde electi Fisci Criminum, & Parricidij Quæstoris Mag. Cur. Vicariæ in locum Io. Camilli Bilocta, eius fratris patruelis.

ALIQVOT
IVRIS RESPONSA, SIVE CONSILIA,
Nimia legum veritate, atque doctrina referta; argumentis, summarijsque ad facilitatem distributa.

Nunc primum aspiciunt lucem.

SVMMARIVM.

1 *Pacta omninò debent seruari, dummodo sint licita, & n.12.*
2 *Votum captandæ mortis non consideratur inter fratres.*
3 *Iuramentum ligat in pacto de futura successione.*
4 *Clausula omnia rata, & cuncta tempore renocare, operatur, vt actus nullum valeat in vim pacti, sed etiam donationis causa mortis.*
5 *Pactum de futura successione, veniens in consequentiam alterius contractus licitii, valet, & declara, vt n.26. & 27.*
6 *Pactum de futura successione non valet etiam si fuerit stipulatione vallatum, & num.8. nec si fuerit inter fratres, n.14. nec per statutum induci potest, num.16. Neque pœna apposita pro eius obseruantia, potest exigi in casu contrauentionis, n.29. Sed inter milites fieri potest, & valet, n.28.*
7 *Pactum in dubio, significat pactum nudum.*
9 *Facultas liberè disponendi, auferri non debet.*
10 *Votum captandæ mortis nec directè, nec indirectè conceditur.*
Hominis voluntas est deambulatoria vsque ad mortem.
11 *Pacta contra bonos mores non sunt seruanda, neque iuramento firmantur, nu. 15: nec de iure canonico, n 19.*
13 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
17 *Ius canonicum, in dubijs declaratur per ius ciuile nec inter eos est inducenda discordia, nisi id expressè fuerit sancitum.*
18 *Romani Pontifices aliquando decisiones fundarunt in dictis iuris ciuilis.*
19 *Actus gestus contra iuramentum, valet, etsi gerens sit periurus.*
21 *Iuramenti religio, ad heredes non transit.*
22 *Text. in c quamuis, de pactis, in 6. expenditur.*
23 *Textus l licet. C. de pactis, ponderatur.*
24 *Donatio causa mortis, reuocari potest.*
25 *Donatio omnium bonorum, non valet.*

AR-

ARGVMENTVM.

Pactum de futura ſucceſsione, quamuis ſtipulatione vallatũ, eſt inualidum etiam inter fratres; & an iuramento firmetur.

CONSILIVM PRIMVM.

Dei omnipotentis inuocato ſuffragio.

Actum tale eſt. Duo fratres ſocietatis perpetuę contractum inierunt, in terminis *l ſi fratres. §.idem reſpõdit ff pro ſoc.* pactumq; ad invicẽ addiderunt, quòd ſi quis eorum abſque liberis deceſſeret ad ſuperſtitem, ſeu eius liberos bona omnia deuenirent, quæ omnia nullo modo, neque tempore reuocari promiſerunt, ſuperaddito iuramento; Dubitatur de viribus dicti pacti an valuerit, in tantum quod vnus ex eis dato quod liberos non ſuſceperit, teſtamentum condere potuerit; Quid ſentirem, interrogatus, reſpondi.

Et licet, rectè intuenti, abſoluta penitus quæſtio videatur, ne tamen ſicco pede pertranſire interroganti videar, brevibus agam.

1 Vtique prima facie dicendum videretur, pactum prædictum omnino fore ſeruandum, & nihil tam cõgruũ fidei humanæ, quàm pacta ſeruari, *l.1. cum concord. ff.de pact.* & præcipuè inter fratres, inter quos (licet aliàs pactum de futura hæreditate non valeat, ex eo quod votum ca-
2 ptandæ mortis inducat) inter fratres vnaquam cõſiderari nullo pacto poteſt mortis deſiderium, & cum ad eos de iure ſpectet fratris hæreditas, non magis ex promiſſione, quàm ab inteſtato votũ captandæ mortis induceretur.

3 Quod ſecundo loco ſuaderi poterat, ex iuramẽto cũm ipſo pacto appoſitum, quod cum non vergat in interitum ſalutis æternæ, omnino ſeruandum eſt, prout in pacto de futura ſucceſſione decidit *tex.in c.quamuis de pact. in 6.*

4 Suffragatur huic opinioni clauſula illa, qua promiſerunt [omnia rata, atque nullo vnquã tempore reuocare] quæ facit, quod licet pactum huiuſmodi non valeat vt ſimplex pactum, valeat tamen in vim donationis cauſa mortis, & irreuocabilis, vt per *DD in l.vbi ita donatum, ff.de donationib.cauſa mortis.*

Nec parum confert prædictæ opinioni huiuſmodi pactum præceſſiſſe in conſequentiam alterius cõtractus.ſ.ſocietatis,
5 & quando venit in conſequentiam alterius contractus liciti, validum eſſe aſſerit *Soccin. in regula pactum, in 3.fallent.* & in ſpecie in contractu ſocietatis, in terminis noſtris tenuit *Maſuerius in tit. de ſocietate, fol.69.col.4. verſ.item licet inſtitutio.*

Et huic opinioni ſtandum, non parum demonſtrat authoritas *Baldi in c.moribus, ſi de feu.fuer. controu.* & aliorum prædictæ opinioni inhærentium, vt fuerunt *Oldrad. conſ.39. ad habendam*, cum pleriſque aliis, quos refert *Alex.in conſ.28. ponderatis his, 3.vol. & Dec.in conſ.516.*

6 His tamen non obſtantibus, contrariã opinionem de iure puto veriorem; & pro iſta parte negatiua, quod non valeat conuentio prædicta, iura cantãt apertè *l licet, l.ſtatuit, quod dotali, C.de pact. l.hæreditas, C.de pactis conuent. l.pactum, C.de collation. l.fin. C.de ſuis, & legitim. l.ex facto, in princ. ff de vulgari, & pupillari l.ſi fratres, §.idem reſpondit ff pro ſoc.* cũ aliis concordãtibus. Nec obſtaret, ſi diceretur, prout dixerunt quidam, iura prædicta loquũtur de pacto
7 nudo ſimpliciter, dicendo, pactum, de nudo ſit intelligendum, vt per *DD.in rubr. C.de pact.* & in terminis dixit *Guido Papa conſ.41.* Id enim dicere, abſurdũ eſt, cum dicta iura reddãt rationem apertè, quod ideo dictum pactum actionem nõ pariat, nec effectum habeat, quia inducit votum captandæ mortis, & contra bonos mores ſit; & non ex eo, quod ſit pactum nudum, ita enim *ll.* illæ nullam habuiſſent dubitationem. Sed non eundo per mendicata
8 ſuffragia: Nonne duo textus clarè loquuntur de pacto ſtipulatione vallato, *tex.* ſcilicet *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb.oblig. & in l.ex eo, C.de inutil.ſtipulat. & in d l.pactum, quod dotali, & in l.pactum, C.de collat.* Nonne veſtitum erat pactum cohæ-

Digitiz

coherentia cõtractus matrimonij. Itaque super hoc aliter non est insistendum, & id quidem ratione iustissima sancitũ quis est, qui neget? auferebant enim conuen-
9 tiones iam dictæ liberam de rebus suis disponendi potestatẽ, quod quidem esse non debet. *l.1.C.de sacrosanct Eccl.* Nihil enim (inquit ibi Imperator) est, quòd magis hominibus debeatur, quàm vt suprema voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium, & vltimæ dispositionis facultatem auferre iniquum esse asserit *l.C. in dicta l.ex facto, in princ.*

Et quod miserabilius erat, votũ captandæ
10 mortis alterius inducebant, quod nec directè, nec indirectè conceditur, vt per *Bart.in l.si quis in princ.ff de leg.3.* Hinc fit, quòd si quis testator millies suam dispositionem reuocare possit, cum deambulatoria sit voluntas hominis vsque ad mortem, etiam si iurauerit, suum testamẽtum non reuocare, & superaddiderit clausulã derogatoriam, *glos.13 q.2. in c.vltima voluntas, & l si quis, in princ.ff.de legat.3.* vbi
11 communiter DD. cum enim huiusmodi pacta sint cõtra bonos mores, nullatenus seruanda sunt, *cap. non est obligatorium, de iureiur.in 6. & l.pacta, que contra, C.de pact.*

Et hanc opinionem, tamquam verissimã, absque aliqua dubitatione tenuerunt *glos.omnes in ll. allegatis* per me. Probat pariter negatiuam *Dyn. & Bart.in l.fin.de pactis. Cyn.Bar Ang Salyc.in l.pactum, quod dotali, & ibi Socinus, & DD. communiter in d.l. stipulatio hoc modo concepta*, & in terminis nostris tenuit *Ioan. Petrus Ferrarius in sua practica in forma libelli, in causa societatis in glos. societati, Aluarot.in c.moribus, si de fen.fue.contra Bart.in cons.212.incipit, Promitto tibi, & ta mihi. Alex. in cons.28. 3.vol.ponderatis bis.* vbi in fortioribus terminis, contrahentes enim post initam societatem pacti erãt, vt si quis præmortuus fuerit absque liberis, vel sine testamento, eo casu superstes admitteretur, nam per disiunctiuam, vel sine testamento, non auferebatur testamẽti factio, ipse tamen indistinctè firmat huiusmodi pactum nullo modo valere; quod etiã consulendo firmauit *Dec.in cons.225.351.488. 608. & in cons.613.* idem consuluit *Io. Ant. Rubeus Alexandrinus in cons.130. præsuppositis in facto, & Boer.in decis.204.* & hoc erat clarum, & superuacua omnis dubitatio.

Et stantibus prædictis, non obstant adducta pro contraria parte, nam dum primo dicebatur, pacta seruanda, id intelligendum de licito pacto, non de illicito,
12 *l.non dubium, C.de legib. & præallegata l.pacta que contra*, nec quod sit inter fratres, inter quos votum captandæ mortis considerari nequeat suffragatur; Respõdetur
13 enim, quòd lex generaliter loquẽs, generaliter de omni contrahente intelligenda est, *l.1. §. generaliter ff.de legat. præst. l.in fraudem, in fi. ff.de milit.testam.* & cum lex indistinctè loquatur, quod pactum super futura successione non valet, nec aliter distinguat in fratribus, ergo nec nos distinguere debemus, nam etsi cessat ratio captandæ mortis, quod etiam nõ concedo, nam & fratrum quoque gratia rara est, remanet alia, quæ auferet liberam dispo-
14 nendi facultatem de rebus suis, & quod non valeat etiam inter fratres *tex. est clarus in l.cum donationis, C.de transact.* & inter fratres in terminis nostris cõsuluit *Alex. in d cons.28.* & in indiuiduo *Dec.d.cons 225.*

Nec obstat, quòd secundo loco dice-
15 batur de iuramento, nam cum fuerit appositum in pacto, quod est contra bonos mores, obligatorium non esse, iura sanxerunt, *l.non dubium, C.de legib. & cap. non est obligatorium, de reg.iur. in 6.* Nec mirum;
16 si dictum pactum iuramento firmari nequeat, cum enim nec per statutũ induci possit, vt tenuit *Bart. in l omnes populi, in 3.q.3.quæst.principalis num mihi 26.Castrens. Alex. & Aretin.in l.ex facto, ff.de vulg. & pup. Alex.in cons.206. visis & accuratè consideratis, in vlt.col.lib.2.* & istam videri veram, & cõem opinionem dixit *Iason in d.l. ex pacto, n.9.* licet ipse contrariũ tenuerit; & quod pactũ de futura hæreditate, etiã iuratum, nõ valeat, tenuit *gl.in d l.pactum, C.de collat. vbi Ludouicus de Roma. Bar.in d. l.si quis in princip. & in l.si quis pro eo n.3. C.de fideiussor. Alua.in d.c.moribus, Ant.de Butr.in d.c.cũ cessingat, de iureiur. Dominicus de S Gemin.in cap.quamuis, de pact in 6.* & in terminis nostris specificè consuluerunt *Alex.in d.cons.28. & Dec.in d.cons.225. & in cons.608.* vbi dixit idem consuluisse in *cons.63.* idem in *cons.184.* quod allegat, & sequitur *Rubeus Alexand. in d.cons.130. & Boer. in dec.204.* Nec obstaret, si diceretur, nos sumus in terris Ecclesiæ, vbi seruatur ius canonicum, & de iure canonico aliter considerãtur mali mores, quàm de iure ciuili, quia de iure canonico, etiam mali mores, censentur votum captandæ mortis, & desiderium quo quis inducitur ad aucupandam mortem alterius, *c.captã. de, & c.detestandæ, de prob. in 6.* Et in casu,

in

in quem declaratũ est esse malos mores de iure ciuili;& dubium esset,an sint mali
17 de iure canonico, debet stari declarationi, & determinationi iuris ciuilis, vt pulchrè *Iaſ.in rubr.ſol matrim.* Nec vtique inducẽda est discordia inter ius ciuile,& ius canonicum, si non inuenitur expressum, *cap. cum expediat. de elect. in 6. gloſ.in c.cupientes.§.quod ſi per viginti,eodem tit. Iaſ.in rubr.ſol.matr.* Et ideo dixit *Archid.in c.inter hæc,* 33.q.2. caueas tibi ne dicas,canone legi obuiari,si concordare potes.Hinc
18 est, quòd Romani Pontifices in decidendis causis, & negotijs Ecclesiarũ, & Clericorum frequentissimè fundãt suas decisiones in diuis iuris ciuilis,patet in *c.ex antiquis,* 54.*dist.c dilecti,de arbit.*& in infinitis concordantibus, quæ cumulatissimè posuit, suo more,*Felyn.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,*
19 *de constit.n.*38. Et quod huiusmodi pacta, etiam de iure canonico, iuramento non validẽtur,tenuit *Bar.in d.l.ſi quis, in princ. de leg.*3.*Dominic de S.Gemin.in d.c quamuis, & Ant.de Butr.in d.c.cum contingat,& gloſ. in d.c.vltima voluntas,*licet loquatur in testamento iurato,& non in pacto, sed quia eadem viget ratio, idem ius statui debet, vulgatis iuribus; intantum quod dixerit *Bar in d.l.ſi quis,in princ.* quod veniens cõtra dictum pactum,etiam iuratum,non sit periurus, quem videtur sequi *Iaſon.* licet sub dubio, *in §.item,ſi quis,inſt.de act.* n 69. Sed dato, absque veri præiudicio, quòd contrauieniens sit periurus secundum ius canonicum, adhuc periurio non obstãte, potuit venire contra dictum pactum, & illud reuocare, & per cõsequens reuocatio tenet. Vt in simili dicitur de eo, qui
20 contrauenit statuto iurato, qui licet sit periurus, attamen actus gestus contra dispositionem dicti statuti bene valet, vt pulchrè per *Felyn.in c.cum accesſiſſent, verſ. & aduerte.* n. 12. vbi multa similia cumulauit *extra de constitutionib.* Faciat viterius, quod constitueris procuratorem, iurans te non reuocaturum, valeat tamen reuocatio,licet reuocans sit periurus,pulchrè *gloſ.in cap.fin.de procurat.in 6.*& dixit *Ioan. Andr. in cap. dilecto filio, extra de præbend.* generaliter, quod actus,qui fit,contra iuramentum valeat, licet faciens, sit periurus,& de periurio nihil ad præsentem casum, cum is,qui cõtrauenit pacto iurato, iam ex hac vita migrauit, relictis hæredi-
21 bus,in quibus non defecedit iuramentũ, nec eius religio transit, not. *Innocent. & Hoſt.in cap.veritatis,de iureiur. Bar. Brixienſ. in quæſt. quæ incipit, Bononienſes iuramento*

facerem,&c. Hinc est, q̃ hæres non tenetur petere absolutionẽ iuramenti, *Guid.Pap. dec.*140. *& in decis.*224. vbi in fortioribus terminis dixit in materia *c.quãuis,de pact. in 6.*quod hæres non tenetur petere absolutionem à iuramento. Nec obstaret, si diceretur,quòd pactum de futura successione iuramento firmetur, *d.cap.quamuis.*
22 Quia respondetur,quòd ille *tex.*loquatur in diuersis terminis,in hæreditate scilicet, in quo casu cessat votũ captandæ mortis, nec aufertur libera de rebus proprijs dispositio,vt latius per *Alexãd in d.conſ.*28. *Respondetur*, ad quem, breuitatis causa, me remitto.

Nec obstat,quòd tertio loco asserebatur de clausula, qui promiserunt nũquam reuocare, quæ saltim efficit, vt transeat pactũ prædictum in vim donationis causa mortis,vt per *DD.in d.l.vbi ita donatum,* & per *Dec. in conſ.*470.quod ego quidem nullo modo dicerem; id enim apertè sonat contra textum *in l.licet, C.de pact.* vbi
23 inquit Imperator huiusmodi pactio nec donationis quidem mortis causa gesti efficaciter speciem ostendat; sed dato,& nõ concesso, quod transierit in donatio nem
24 causa mortis, adhuc tamen reuocari potest,vt in specie consuluit *Decius conſ* 521. *num.*13.*&* 14. immò etsi non donationis causa mortis,sed inter viuos,quod omnino negatur, cum sit omnium bonorum,
25 adhuc diceremus non valere, vt per *tex. in l.ſi quis,in princ.ff.de legat.*3.per *DD.communiter.in l.Stipulatio hoc modo cõcepta,ff.de verb.oblig. Bal.in l.ſi fratres,§.idẽ respondit, ff.pro ſoc. idẽ Bal.in c.in præſentia,in antepen. col.extra de probat, Bart.in conſ.*108.*Domina Matiola* 2.*volum. Soccin.in reg.*108. *donatio omnium bonorum. Lud.de Roma.in conſ.*117. *pro decisione cõſ.ſtationis propoſitæ. Comens in conſ.*9.*incipit. Quãquam in littera in* 2 *par. Rom.in cõſ.*171.*pro decisione, Abb in cõſ.*48. *Dec.in conſ.*488. & ita communiter tenetur, vt per *Imol.in rubr. extra de teſtam.col. fin.verſ.illud autem et Boer dec.*357.*n.*7.*et* 8. licet aliquid contrarium senserit, vt per *Boer.in prædicta decis.* Nec tanti facienda est clausula prædicta, nec tantum ponderanda est, cum sparsim per Notarios in fine cuiusuis contractus apponi ex eorum formularijs solitum est, prout in specie loquendo de prædicta clausula consuluit *Decius in conſ.*521.in terminis nostris.

Nec obstat,quod quarto loco adduce-
26 batur, quod dum huiusmodi pactũ venit in consequentiã alterius certi contractus liciti,iure non improbati, vt per *Soccin.in d.re-*

y Google

d. regula pactum, in 3. fallent. & per *Masuer. in loco praallegato*, quia dicti DD. fundant se in *l. si quis seruum, ff. de act. empt.* qui si rectè inspiciatur, nullum de viuentis hæreditatis cõuentione verbum facit. sed cautio illa de necessitate erat præstãda à domino, qui dolo seruum manumiserat, in præiudicium emptoris, quem si non manumisisset. quidquid acquirebat, emptori acquisiuisset, vt bene contrarium dictæ l. soluit *glos. in d l. ex eo, C de inutil. stipulat.* & quod, immò quidquid dixerit Masuer. pactum istud, licet veniat in consequentiam alterius contractus, non valeat, iura
27 videntur mihi clara in *d. l. pactum quod dotali, & l. pactum, C. de collation.* vbi pactum venerat in consequentiam cõtractus dotalis, attamen nullius est momenti, & in *l. cum donationis C. de transact.* venit in consequentiam transactionis, nec valet, at mihi clara decisio videtur in *l. si fratres, § idem respõdit. ff. pro soc.* dum inquit iureconsultus, quod non debet contractus societatis vltra mortem porrigi, ne auferatur liberum testandi arbitrium; & quod in contractu societatis appositum pactum huiusmodi nullatenus sortiatur effectum, in specie in terminis nostris tenuit *Io. Petrus Ferrar. in sua pract. in forma libelli, in causa societatis. in glos. societatem*, & consulendo responderunt *Alex. in d. cons. 28. & Dec. in d. cons.* 225.

Vltimo respõdendum esset authoritati *Bald. in d. c. moribus, & Oldrad. in d. cons.* 39. sed quia satis exuberanter respõdet *Aler. in d. cons.* 28. ne lumen Soli superaddere videar, breuitatis causa me remitto, nec quod dicebat *Dec. in d. cons.* 516. trahendũ est ad consequentiam nostri casus, cum
28 loquatur in Principibus, quos ipse adæquauit mihi tibus, quos ita pacisci posse ex speciali priuilegio, & indultu, tex. est in *l. licet, C. de pactis.*

Ex quibus omnibus clarè apparet, concludendum, pactum, de quo in themate proposito inter fratres, nullius fuisse momenti, & consequenter licitum fuisse fratri, sine liberis decedenti, liberè de bonis suis disponere in vltimo elogio potuisse; & in tantum inquam nullũ fuisse pactum,
29 quod etsi pœna apposita fuisset contrauenienti, adhuc nullã exigi posse, *l. 1. C. de his, quæ pœna nomine*, cum diruto principali, corruat accessorium, *l. non dubium, C. de legib.* & quod pœnæ promissio annulletur, destructo principali, tenuit *Bar. in l. filium, § si quis contra tabulas, in fi. ff. de legat. præst.* notant *Doctores in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & in l. ex eo, C. de inutil. stipulat. Bal. in l. 2. vers. ex prædictis, C. de Episcopali Audientia, & Dec. in cons.* 488. Et ita iuris esse censeo, & ab ea in iudicando non discederem. Ego Scipio Bilocta V. I. D. licet minimus, saluo semper saniori iudicio, cui me submitto, anno Domini 1571.

Scipio Bilocta.

ADDE. De materia latè scripsit *Ioan. Camillus Bilocta, Antheris frater patruelis, in tract. de absol. inuentui. lib. 1. c. 17. per tot.*

Octauius Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Ad validandam transactionem, sufficit nedum lis mota, sed timor mouendæ.*
2 *Post rem iudicatam transactio valet, si appellatio interceßerit, vel si appellari potuerit.*
3 *Syndicus Vniuersitatis constitutus cum libera, potest transigere.*
4 *Iudicis præsentia, addit transactioni talem vim, vt paratam habeat executionem.*
5 *Tex. in l. fin. C. de vend. rebus ciuit. lib.* 11. *non habet locum in transactione, & n.* 7.
6 *Vniuersitas obligatur ex receptione mutui, etiam si in vtilitatem versum non fuerit.*
8 *Possessio transfertur per contractum inutilem, & simulatum.*
9 *Panalfi quis in tantam, C. unde vi, habet locum contra Vniuersitatem.*
10 *Confessio resultans ex instrumento inualido, probat.*
11 *Notorium habet vim sententiæ.*

ARGVMENTVM.

Transactio ab Vniuersitate facta, quibus cõcurrentibus, iudicetur ualida.

CONSILIVM II.

Dei omnipotentis Inuocato suffragio.

1 AD validandam trãsactionem, sufficit nedum lis mota, sed timor mouendæ de iure, immò de facto, *l. 2. C. de transact. Bart. in l. 1. ff. eodem*, & post rem iudicatam, transactionem valere,

a lere, vel si appellatio interceſſerit, vel appellari potuerit, inquit *Vlpian in l. & poſt rem iudicatam, ff. eod.* Neſcio qua ratione infringi poſſit conuentio, litis ceſſio, ſiue tranſactio inita inter q. D. Sigiſmundum de Sangro cum Vniuerſitate Caſtri Sãcti Boni ſuper differentijs finium feudorum Caſtilli & Sancti Petri Roſarũ ſtante lite, & appellatione interpoſita, & ſic re in dubio conſtituta, quis neget, Vniuerſitatem iure tranſegiſſe, cum nihil certum donauerit, quoniam quidem id potuiſſet Syndicus ipſius conſtitutus eum libera, 3 *l. ſi Præſes C. eod.* eo magis Vniuerſitas ipſa congregata in loco ſolito, & conſueto ad ſonum campanæ, in quantitate perſonarum repræſentantium maiorẽ partem dictæ Vniuerſitatis, prout requirebatur, *l. nulli ff. quod cuiuſque Vniu. nomine, l. ordinis ambitioſa. C. de Decurion. lib.* 10. *Bart. cæteriq; DD. in l. ciuitas, ff. ſi cert. pet.* Nec parum confert præſentia Camerarij, quę interceſſit, qui in abſentiam Officialis, ſiue Capitanei illius locum obtinet ex generali conſuetudine, quæ in hoc Regno paſſim viget, vt eſt notorium; Iudicis enim 4 præſentia etiam vim addit tranſactioni, quod paratam habeat exequutionẽ, quod etiam in Iudice delegato aſſeruerunt *Pet. de Anchar. & And. Sicul. in c. ſi quando, extra de offic. deleg.* & licet ſecus dixerint de Iudice delegato *Innoc. & Abbas. Ancharani, & Siculi ſententiæ annuit Suares in repetit. l. poſt rem iudicatam, ff. de iudic. in 9. notab. verſ. ſi item tranſactio.*

Nec obſtat. ſi allegaretur *tex. in l. fin. de* 5 *vend. reb. ciuit. lib.* 11. vbi inhibetur venditio rerũ ciuitatis ſine decreto Principis, ſeu Præſidis; id enim non habet locum in tranſactione, prout ſupra diximus per *l. ſi Præſes*, & dicta lex vtpote odioſa, tãquam liberam rerum ſuarũ diſpoſitionem auferens, reſtringi debet in caſu ſuo *regula odia, de regulis iuris, in 6.* Inde videmus 6 obligari ciuitatem ex receptione mutui, etiam quod in eius vtilitatem verſum nõ fuerit, *l. ciuitas, & quæ ibi notantur, ff. ſi cer. pet.* id enim quod dicitur ibidem probare debere creditorem, peruenſam verſam in vtilitatem Vniuerſitatis, habet locum in eo, qui mutuauit Sindico non habẽti ſpeciale mandatum, prout DD. ibi ſine contradictione fatentur; & quod dicta lex nõ habeat locum, niſi in venditione, latè diſſerit *Carol. Ruy. in conſ.* 175. *volum.* 1 vbi lo- 7 quitur in caſu fortiori ſcin donatione, ſequutus *gloſ. in l. fin. C. de prad. Decur. lib.* 10. Vlterius quis ambigit, Vniuerſitati pro- indicium parere, nõ appellare, vel appellationem nõ proſequi, & ſic per tacitam litis ceſſionem, eo magis per expreſſam, prout in caſu noſtro, vt ſit litium finis præiudicium inferri.

Sed dato, non tamen conceſſo, quòd inutilis huius tranſactionis contractus redderetur, nonne verè trãslata fuit poſſeſſio dictorum feudorum, & eorum finium in 8 quondã Dominũ Sigiſmundum; ex inutili enim contractu tranſit poſſeſſio, *Bart. in l. bonaſides, ff. depoſiti, in l. iubemus, §. ſanè, de ſacroſanct. Eccl.* immò ex contractu ſimulato transferri, inquit idem *Bar. in l. quemadmodum, de agric. & cenſit. lib.* 11. quo modo autẽ de facto ea priuari poteſt hæres dicti Domini Sigiſmundi? Hinc eſt, quod circumſcripta tranſactione (quod non 2 credo) repoſito hærede d. q. D. Sigiſmundi in termino proſequendę appellationis, prout erat tempore initæ tranſactionis, & cauſa ex integro tractãda foret, *l. ſi diuerſa, C. de tranſact.* & quæ ibi notãtur, debet, appellatione pendente, hæres Sigiſmundi manuteneri in poſſeſſione, in qua repoſitus fuerat Sigiſmundus tempore litis ceſſionis, immò debet Vniuerſitas Sãcti Boni puniri omnimodo, propter violentam intruſionẽ, pœna *l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi.* 9 Quod magis ſuaderur, cum cõſtet de notorio non iure dictæ Vniuerſitatis; ſexaginta verum homines cõgregati, Sindici, electi, & demum ciues, prout principales interrogati, fatentur, nullum ius competere dictæ Vniuerſitati, illamque malum ius fouere; & licet inſtrumentum tranſa- 10 ctionis nullum eſſet, adhuc confeſſio ex eo reſultans probat, *Bart. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi certum petatur, & in l. decem, in fine, ff. de verborum obligation. & in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, vbi Alex. ff. eod. pulchrè Roman conſil.* 294. *in nomine* 11 *Domini, hæc confeſſio &c.* Notorium, vim habet ſententiæ, *l. iſtius ſuſtium, & ibi DD. de his, qui notantur infamia.* nec requiritur iudiciarius ordo, ſed ſine ſententia, poteſt priuare poſſeſſione, *Abbas in c. ſi conſtiterit, de accuſat. Boſſ in tit. quomodo procedatur in crimine notorio.* Ex quibus concludo, declarari debere firmam, & validam tranſactionem, & ſaltim, lite pendente, manuteneri Dom. de Sangro in poſſeſſionem dictorum territoriorum.

Scipio Biloſta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In feudis Thenasiæ succeditur prout in burgensaticis.*
2 *Bona redditicia feudo, non sunt feudalia. Paris de Puteo laudatur.*
3 *Frater vterinus succedit in burgensaticis. & quid in feudis, num. 4. 5. & 6.*

ARGVMENTVM.

Bona reddititia feudo, non sunt feudalia, & in eis succeditur sicuti in burgensaticis. Frater vterinus an succedat in feudis.

CONSILIVM III.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

MOritur Xantus de Xanto de Castro Sancti Nicolai, & inter alia bona, quæ remanserunt in eius hæreditate, sunt quædam bona reddititia Baronali Curiæ dicti Castri, superstite tamẽ Donato de Pipulo, fratre vterino dicti defuncti. Audio dubitari possit, ne Donatus succedere in dictis bonis redditicijs, immò Baronem consuluisse iurisperitos, & respõsum habuisse in prædictis bonis succedere Baronalem Curiam, excluso nedũ dicto Donato, sed alijs consanguineis dicti Xanti.

Miror equidem in casu tam claro potuisse per iurisperitos dubitari, & puto id aliunde non potuisse causari, nisi ex relatione facti figurando forsan aliquam prętensam consuetudinem; qua circumscripta quis dubitabit, fratrem vterinum in prædictis bonis succedere. Bona hæc clarum est non esse feuda nobilia quaternata in capite à Regia Curia, sed si essent feuda plana quidem, & de tabula, rustica, parua, thenasiæ aliquando appellantur, & hęc nõ subijciuntur dispositioni *constit. vt de succession.* sed in his succeditur prout in bur-
1 gensaticis, ita *glos. in d. const in princ. & in verbo in omnibus*, quam sequitur *Andr. ibi, & Afflict. not. in const. si quando contingerit.* Tanto magis, quòd bona prædicta non sunt feudalia, sed redditicia feudo, ita quod iudicantur prout cætera burgensa-
2 tica. Ita vir ille eximius, & feudalis praticæ pater *Paris de Puteo in suo tractatu de reintegrat feud. in cap. incipiente, Et aduertendum est fol mihi* 141. subdens, quod habeant naturam separatam à feudo, decidunt propter redditum non solutum, & *Afflict.* inquit in *decis.* 129. non valere consequentiam, est redditicia feudo, ergo feudalis, & in his similiter succeditur, prout in burgensaticis, sumpto argumento à maiori ad minus à feudis rusticis, de quibus supra loquuti sumus, vt expressè tenuit *Paris in cap. proximè citato.*

His præsuppositis pro veris, prout verissima sunt, sequitur, quòd nulla difficultas sit, Donatum fratrem, etsi vterinum, succedere, sicut hoc non controuertitur,
3 quod in iure clarissimum est, per *tex in l. post fratres, la prima, C. de legit. hared.* immò parum defuit quin & in feudis nobilibus succederent; nonnulli enim in ea fuerunt opinione, & ita iudicatum refert *Andr. in d. const. vt de success.* tempore Regis Caroli, licet loquatur in fratre cõsanguineo,
4 vendicanti tamẽ feudum sororis, cui obuenerat à matre, nam eadem ratio est in fratre vterino, respectu fratris, cui obuenerat feudũ à patre; tamen ea opinio non placuit *Afflicto, Curtio, Cassaneo, & alijs*, & tanto magis non est admittenda in hoc Regno, ex quo in concessionibus, & inuestituris feudorum quaternatorum, & nobilium, apponitur semper clausula illa, tibi, & successoribus tuis, ex tuo corpore legitimè descendentibus. Pauca hæc pro paruulo clienti, qui & persona, opibus, sanguine pusillus est, pro veritatis, & pupillorum defensione, absque spe præmij temporalis, currenti calamo scripsi.

Scipio Bilotta.

ADDE. Circa materiam successionis fratris vterini in feudis vide *conclusionem*
5 *fend. 25. Domini genitoris, & decis. 2. Domini Regentis Caroli Tapiæ, Marchionis Belmontis, I. C. spectatissimi, & eminentis doctrinæ*, vbi differtissimè articulum pertractat, & præsertim quando cũ fratre vterino concurrit nepos ex fratre vtrinque coniuncto. Et nouissimè in causa Ferdinandi Caraccioli fratris vterini quondam Marchionis Gruptulæ doctissimus *D. Fulginius*

6 *Ioannius Fisci Patronus Regalis patrimonij, oculatissimus, & nunquam satis laudatus, ac meus singularis Dominus, & affinis,* acerrimè defendet in suis copiosissimis allegationibus in dicta causa editis, quod stante inuestitura pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus frater vterinus non succedat; & inibi sunt relati omnes Doctores, qui de hoc articulo scripserunt, atque eorum dicta sunt perspicacissimè examinata, & in dies expectatur causæ decisionem.

Octanius Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Nemo dat, quod non habet.*
2 *Qui olim possidebat, possidere præsumitur.*
3 *Qui tenetur rem tradere, non iuuatur præstando interesse. nec clausula constituti, & n. 4.*
4 *Præsumptio transfert onus probandi contrarium in alium.*
5 *Quilibet debet habere notitiam qualitatis rerum suarum, & si fuerit ignarus, constituitur in culpa.*
6 *Azonis distinctio recensetur.*
7 *Venditor qui expressè cauit se non teneri de euictione, tenetur ad præsentem restitutionem.*
8 *Tex. in l. si de ea, & si forte, ff. de acquir. poss. examinatur.*
9 *Actio contra venditorem vt possessionem tradat, durat 40. annos.*

ARGVMENTVM.

Vēditor ad quæ teneatur ob possessionem rei venditæ non traditam.

CONSILIVM IV.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

PRo resolutione causæ Antonij Panellæ multis opus non est, & ideo breuibus agam. Aut enim Panella tempore venditionis non possidebat, & nullam possessionem transtulit in emptorem, cum nemo in alium transferat, quod ipse nō habet, vulgata *l. traditio, ff. de acq. rer. dom.* si adhuc nō dedit, ergo tenet; omnino *§. pretium*, per aduersariū allegatum, *inslit. de empt. & vend.* & quæ ibi notantur, & per ea, quæ dicam inferius.

2 Aut tunc possidebat, & sic hodie possidere præsumitur; regula est enim, Q; quis possidebat olim, & hodie possidere præsumitur, *Bart. & cæteri in l. sine possidetis, C. de probat. Alciat. in tract. de præsumption. reg. 2. præsumpt. 21.* latissimè. Ergo si possi-
3 det, tenetur præcisè ad rem tradendam, nec iuuatur præstando interesse; ita glossatorum alteratione summota, communi Doctorū calculo testatur nouissimè *Vin. commun. opin. lib. 1. verbo venditor*, qui multos cumulat.

Nec obiectio constituti aliquid obstat, antiquorum opinione enim sublata, & teneri venditorem, nō obstante dicta clausula in dandam possessionem, prout est facti, & sic corporalem cōmunis est opinio, teste *Vinio* loco præcitato, & vltra eum statuerunt *Bald. in l. 1. C. de rescinden. vendit. Ioan. Petr. de Ferrar. in sua practica in forma libelli in causa venditionis, Alexand. cons. 28. volum. 1. Dec. cons. 281. nu. 4. & seq. Rol. à Valle cons. 53.* vbi dicit communem, *lib. 1. Guid. Pap q. 509. Petrus Ia. Anchar. q. 2. lib. 2. nu. 11.* cum infinitis per ipsos relatis.

Nec onus probandi ipsum possidere, vel culpa, aut dolo desijsse possidere, incombebat emptori; cum stante præsumptione, de qua supra, quod adhuc vendi-
4 tor possideat, transfert onus probandi in venditorem, ex *gl. in l. si verò, S. quis, ff. qui satisd. cogantur.* Probatū est enim, Panellā possidere, quoniam Panella contrarium non probauit; paria enim sunt, quod quis probet, vel iuris præsumptionem pro se habeat; immò dicitur talis præsumptio probatio liquidissima, *l. licet Imperator, ff. de leg. 1. vbi Alex. cæterique Scribentes.*

Et ex supradictis superuacuum est disputare, fuerit ne in dolo, vel culpa in differtando possessionem, quando venditur eum, & his nō careat; nam si vera sunt deducta per Panellam in lite, quā habet cū Domino Lucio de Leone, à quo vigore constituti, intendit recuperare possessionem dicti territorij, fuit in mala fide, & latissima culpa, ne dicam in dolo, in vēden-
5 do rem alteri obligatam, debet. n. habere notitiam qualitatis rerum suarum, *Neviz. per pulchrè in cons. 37. nu. 3.* vbi allegat *Corn. in cons. 81. visa copia litterarum, litt. B. lib. 3.* Subdens, quod etsi fuerit ignarus, adhuc constituatur in culpa; asserendo finaliter rem non esse obligatam, sed liberā, allego

Azo-

Digitized by Google

Azonem in summa de actio. empt. & vendit. optimè *num.* 19. vbi, & vt id obiter dicam,
6 plaudere os venditoris, quando non rubuit dicere, non teneri nec ad pretij restitutionem, quoniam Azo contrarium firmat, dicens, aut scienter vendidit, & tenetur ad interesse, aut ignoranter, & tunc ad pretij restitutionem, etiã in casu, quod non defierit dolo, vel culpa possidere; iniquũ est enim aliquem locupletari cum aliena iactura, ex æquitate *l. si me, & Titium, ff. si certum pet.* exemplo venditoris,
7 qui expressè cauit nolle teneri de euictione, adhuc teneri ad pretij restitutionem, *tex. notabilis in l. emptorem, §. pen. ff. de actio. empt.*
8 Nec obstat prætensa negligentia, quia *§. si forte. l. si de eo, de acquirenda possess.* allegatum per partem aduersam, loquitur in distrahente possessionem, quę ab alio occupatur, at hic tractamus de habendo possessionem ab eo, qui tradere tenetur, nec vllo temporis spatio præscribere potest, cum in non tradendo, sit in mala fide; vltra quod virtute iuramenti, actio sic petiendi à venditore, vt possessionem tra-
9 dat, perpetuata sit vsque ad quadraginta annos, *Ias. in § item si quis, num.* 5. *instit. de action.*

Nec euictio ab habentibus causam ab ingenioso Causidico promissa, Philosopho legum tum ignaro, venditori in hoc casu opitulatur, cum hic non tractetur de euictione, sed de habẽdo debitam possessionem corporalem ab ipso, qui promisit, & non ab alio; ita, quasi præsentem oppositionem pręuidens, consuluit *Decius cons.* 281. *num.* 71.

Ex quibus omnibus apparet, dictum conuentum bene fuisse condemnatum ad pretij restitutionem, & interesse passum, & ita exequi debere sentio.

Scipio Bilotta.

SVMMARIVM.

1 *Bona Hospitalium non possunt per Oeconomos alienari.*
2 *Prorogatio pacti de retrouendendo ante lapsum termini parit nouam obligationem.*
3 *Solemnitates quæ requiruntur in actus perfectione, requiruntur in illius prorogatione.*
4 *Prorogatio termini facta post lapsum primi, dicitur potius noua concessio.*

ARGVMENTVM.

Pactum retrouendendi ad tempus appositum in re Ecclesiæ vẽdita, nõ potest per Oeconomos prorogari ad beneficium venditoris.

CONSILIVM V.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

QVod sacrum Hospitale Incurabilium non teneatur ad retrouenditionem prætensam per Dominum Sigismundum de pretio territorij, in actis deducti, ex eo colligitur, quia alienandi facultas bona Hospitalium Oeconomis,
1 & Magistris de iure non concedebat, *toto tit. de non alien. rebus Eccles. extra. Auibent. hoc ius porrectum. de sacrosanctis Eccles.*, & in specie *in §. non igitur, in Auibent. de non alienand. rebus Eccles.* Hinc sequitur, aduersarium non posse iuuari prælentis prorogationis, quæ ex actis apparent aliquas intra terminum, aliquas post termi-
2 num confectas. Prorogatio enim pacti de retrouendendo, & ante lapsum termini negari non potest quin pariat nouam obligationem vendendi, *l. penult.* & quæ ibi notantur *ff. de prætor. stipulation.* per quem *textum* ita decidit *Bald. in consil. 94. visis statuto, de contractibus, lib* 5. vbi dixit, quòd si statutum diceret, quòd in contractibus minorum interuenirent duo cõsanguinei, & minor fecerit compromissum cum solemnitate, non poterit fieri sine
5 eadem solẽnitate prorogatio dicti compromissi; at si concederetur iuuari prorogatione facta infra terminum, quomodo iuuabitur prorogationibus factis post terminum elapsum; hæ enim venditiones
4 propriè, & non reuocationes dicuntur, *l. cum stipulatus sim mihi, & Proculo, ff. de verborum obligat.* Quod enim non est, id

Digitized by Google

prorogari non poteſt, prout in ſimili dicebat de inſtantia *Salycet. in Authent. ſi tamen, in fine, C. de tempor. appellat.* quod licet inſtantia poſſit prorogari de conſenſu partium, id intelligitur ante lapſum, quod ſi effluxerit, nequaquam poteſt, & in terminis noſtris multa, ſuo more, congeſſit *Tiraquellus de retractu conuentionali, verbo ſitam preſertim, glo. 7. n. 24.*

Circa læſionem, neſcio ad quem finem allegetur per partem aduerſam, cum non probetur, & declarauit, viam læſionis non deduxiſſe, quæ vtique ſi fuiſſet probata, vendidori, & non ipſi ſpectaret, immo contrarium pro parte Hoſpitalis verificatum eſt, vtpote læſionem per teſtes maiores in numero, & cum ſcripturis expertorum iudicio roborantur. Teſtes partis aduerſæ de auditu loquuntur, & non concludenter. Ex quibus omnibus Hoſpitale venit abſoluendum. Reliqua ſuppleat eximia doctrina doctiſſimorum Senatorum.

Scipio Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum compenſatur cum medietate bonorum, debita vtro vxore, ſine liberis præmortua. Vſque Rubri, & contra, num. 3. & ſi non procedere in conſuetud. Neap. num. 4 & 5.*

2 *Quando debitum eſt neceſſarium, legatum ſimpet præſumitur animo compenſandi factum, ſecus ſi voluntarium.*

5 *Duæ cauſæ lucratiuæ non debent eodem tempore concurrere.*

6 *Mulier exiſtens in poteſtate patris, regulariter de dote non poteſt teſtari, & quid de conſuetud. Neap. n. 7.*

8 *Iuris præſumptio attendi debet, contrario non probato.*

9 *In dubio quis præſumitur legare rem ſuam, non alienam.*

10 *Quod patet ad ſenſum iurium, allegatione non indiget.*

11 *Voluntas defuncti, in dubio, præſumitur eſſe iuxta iuris diſpoſitionem.*

ARGVMENTVM.

Legatũ quando ſit compẽſandum cum portione debita vigore ſtatuti.

CONSILIVM VI.

Dei omnipotentis inuocato ſuffragio.

Factum tale eſt. Tradita nupſi filia (matrimonio ſecundum veterem conſuetudinẽ Neapolitanam contracto) quæ facultatem teſtandi immedietate dotis filiæ tribuit, alia dimidia patri reſeruata. Moritur ſine liberis filia, conditoq; teſtamento, maritum vniuerſalem ſcribit hæredem, patri ducatos ducentũ legati titulo relinquens: Quæritur, vtrum legatum ſit compenſandum cum medietate patri, iam reſeruata; an etiam poſsit pater legatum petere vltra debitam dimidiam.

Reperio ſimilem huic quæſtionem quamplures tetigiſſe Doctores, *Bart. Bald. Paul. de Caſtro*, & latius *Alex. in l. ſi cum dotem, ſi pater. ff. ſol. matrim. Bald. & Iaſon* pleniſſimè *in Auth. præterea, C. unde vir, & vxor*, vbi nouiſſimo loco *Decius* latiſſimè examinat; idẽ *Bald. in l. ſi vxori, de bo. auth. iud. poſſiden. Philipp. Corneus in conſil. 158. incipiente Quo ad primum, in litt. C. in 2. vol.* & idem *in 4. vol conſ. 115. incip. Quãquam, pertotum. Bald. Paul. de Caſtro, & Fulgoſ. in quamplurib. conſil.* qui communiter con-
1 cludunt, quòd ſtante ſtatuto, quod vxore præfecedente ſine liberis, maritus lucretur dimidiam, ſeu aliquam partem dotis, tunc ſi aliquid ad vxorem viro legatur, intelligatur legatum factum fuiſſe animo compenſandi cum illa dimidia, ſeu parte dotis, quæ debetur viro ex forma ſtatuti; & mouẽtur ex regula, quæ ſe habet, quod
2 in debito neceſſario, ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti præſumatur legatum animo compenſandi cum debito, aliàs autem ſi debitũ eſſet voluntarium, vt puta ex contractu, & in hac opinione communiter, vt dixi, reſident DD. in locis prælegatis, licet *Bald. & alij*, ſequendo opinionem *Federici de Scalis* tamquam veriorem in iure,

iure contrarium sensissent. Qua cõmuni opinioni sic stante, videretur prima facie dicendum in casu nostro, quod cum ipsi patri debeatur medietas dotis ex necessitate legis, istud legatum per filiam sibi factum, veniat in compẽsationem debiti.
3 Sed tamen cõmuni opinione non obstante, cõtrarium puto verius esse in casu nostro .s. vt compensatio non inducatur aliquo pacto, sed quod medietas prædicta, & legatum præcipuè debeantur, sicq; ex his, quæ sequuntur decidendũ fore arbitror, quæ quidẽ Iudici rectè animaduertenti, facillimè innotescere poterunt; non quod communis opinio in suis terminis sequenda non sit, sed tantummodo quia dicta & rationes Doctorum neque extẽdi, neque considerari quoquo modo debeant, quippe cum multæ insint diuersitates, & casuum imparitates.

Et primo dico, diuersitatem permaximã fore considerandã ex dispositione statuti marito prouidentis, vt dicũt *DD.* & ex tenore consuetud. Neap. circa patrẽ, prout
4 quæritur in casu nostro; certè in quæst. *DD.* statutum concedit marito dimidiam, seu aliã partem dotis, ex qua concessione debitum necessarium resultat; consuetudo autẽ in casu nostro patri nihil tribuit, immò aufert ei medietatem dotis filiæ, quæ de iure communi integra ad eum perueniret, *l. dos à patre profecta, C. sol. mat.*

Secundo, ad comprobandã hanc differentiam, videamus vtrum fundamentũ, in quo fundatur cõmunis opinio, militet in casu nostro; refert enim *Alex. in d. § si pater, nu. 6.* hanc esse rationem, vt inducatur
5 compensatio, quia nõ debent duæ causæ lucratiuæ eodem tempore in eundẽ concurrere *l. Manius, § duobus, ff. de leg. 2. in fi. de legat. § si res aliena*, modò si marito solueretur legatum, & alia portio vigore statuti sibi debita duas lucratiuas causas haberet (quia tã legatum, vt est *tex. in l. quid autem, in principio. § sed & illud, ff. de his, quæ in fraudem cred.* quam etiã portio virtute statuti recepta, vt consuluit *Decius in cons. 260.*) causæ lucratiuæ dicũtur, meritò inductũ est (vt ipsi dicunt) in marito legatum cum debito compensari debere. Sed in casu nostro nec ratio, neque fundamẽtum istud applicari potest. Fateor namq; ꝙ vir duas causas lucratiuas consequerecur, sed in patre hoc nõ procedit, cũ vnam tantummodo, hoc est legatum habeatur; nam vna medietas dotis ipso iure ad patrem pertinet, nõ solum ex l. dispositione, verum etiã ex suo facto, quia dotem filiæ tradidit, ex quo morte filiæ cõsolidatur, & iure quoddã postliminij reuertitur penes ipsum id, quod suũ fuerat. Ideoq; cũ consequatur suũ, aliud lucrum denuo non habet: & ita vna sola causa lucratiua in eo consideratur, non sic est in marito, qui ex mera legis dispositione, nulla rei suę traditione interueniente, medietatẽ illã lucratur; & ideo propter factũ patris, & numerationẽ dotis, videtur, ꝙ diuersa qualitas in istis debitis sit cõstituenda. Immò etiã est dicendũ patrem debitũ non accipere, sed propriè suum. Quod autẽ sit inspiciẽdum factũ in casu patris, colligitur à contrario sensu in *d. l. dos à patre profecta*, quod si pater dotem nõ dedisset, nec restitutio esset facienda, & ex hoc inducitur disparitas casuum in eo, quod dicunt *DD.* de debito necessario ex dispositione legis, quia regula ista non posset habere locum, cum debitum non dicatur.

Tertio, necessariũ est, ꝙ *DD.* in casu, in quo loquuntur, præsupponã regulariter vxorẽ testari potuisse de tota dote, quod exẽplificaretur, si filia esset liberata à patria potestate, aliter enim non consequeretur vir medietatem, de qua mulier nõ potest testari; & sic dispositio statuti est prohibitoria, ac odiosa contra vxorẽ, meritò restringi debet, *l. cũ quidã, de lib. et posth.* Et si aliquid relinqueretur, de illa portione intelligendũ est. At in casu nostro totũ oppositũ procedit, quia filia in potestate pa-
6 tris cõstituta vt erat testatrix, regulariter de dote testari nõ potest *l. feruã, et ibi Bal. in fi. C. qui test. fac. poss.* cũ similibus; hoc tã
7 filiæ tribuit consuetudo, vt de medietate testatoris possit; & ita fauorabilis circa filiã dicitur, meritò extẽdenda. Est ergo necessariò dicẽdũ, legatũ illud de portione, in qua facultatẽ testandi habebat intelligi debere, cũ aliàs dispositio ei cõcessa, nulla redderetur, & ideo quia in dubijs ꝓpter voluntatẽ testatoris fauendũ est, *l. vel necari, ff. quemad test aperian.* Debemus igitur interpretari actum, vt valeat eo modo, quo valere potest, ne voluntas testatoris pereat, quæ certè periret, si de medietate patris legatum præsumeretur.

8 Quarto, ad probandã intentionẽ testatricis, fuisse, vt legaret de eo, ꝙ poterat, inducitur iuris præsumptio, quæ attendi debet, cum aliud non probatur; lex enim
9 præsumit, quemlibet res suas, non alienas testare, vt est tex. in *l. vnum ex familia, § finem, ff. de legat. 2.* cum aliis concordant. Hoc autem in casu *DD.* nullam vim habet per rationem supradictam.

Digitized by Google

Quinto, ex alia, & noua ratione dico, compensationem istam faciendam non esse. & ideo dico, quòd paria sunt, dicere, compensationẽ fieri debere; ac si diceret quis, legatum factum esse in re legatarij. Quod quidem etiam ad sensum patet, & 10 ideo iurium allegatione non indiget, vt inquit *Bal. in Auth. testamentum, C. de testam.* modò diceret vir, si legatum est in re sua, ergo est inutile, & sic non debetur, quia quod tuum est, amplius tuum esse non potest, *§. sed si rem legatarij, instit. de legatis.* Ego dico, regulam istam nihil opitulari, sicque compensationem nõ induci, quia redditur inutile legatum, propter defectũ rei, quia legatarij est, non tamen ex defectu, seu inhabilitate personæ testãtis, nam si testator voluisset, bene poterat eã alij relinquere, quo casu teneretur hæres eã redimere. At in casu nostro si intelligeretur legatum de re patris, nõ esset inutile, ex eo tantum quia res patris est, sed bene ex inhabilitate personæ, quæ de re illa nihil potuisset disponere, etiam si alteri legare maluisset, quia hoc esset à iure prohibitum, & ideo esset contra volun- 11 tatem defuncti, quæ in dubio præsumitur cogitare, quod lex vult, & cũ eius dispositione se conformare, vt not. *Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita ad Trebell.* quem refert, & sequitur *Decius in l. emancipata, C. qui admitt.*

Non est ideo intelligendum legatum de re patris, quia neque lex, neque ipsius voluntas assistit, & per cõsequens nec est inducenda compensatio. Et si diceretur, has duas rationes militare etiam in casu mariti, dico, quòd posset subsistineri etiam contrariam opinionem communem verissimam esse; sed tamen sequẽdo opinionem communem, prout dixi, quod ideo in marito non possunt considerari hæ rationes, tum ex his, quæ supra dicta sunt, tum etiam quia maritus tractat de lucro captando, non verò de damno vitando, in quo magis æquitas est consideranda.

Scipio Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *In quibus criminibus procedatur ex officio, remissiuè.*
2 *In crimine vsurarũ de iure canonico, & const. Regni proceditur ex officio, secus de iure ciuili, n. 3. & quid per Ri. M.C.V. n. 5.*
4 *Crimen vsurarum in Regno, est crimen publicum.*
6 *In crimine vsurarum, si accusator desistat, non potest procedi in Regno, & n. 8. sed concorda, vt n. 12.*
7 *Andr. de Iser. dicitur Euangelista in Regno.*
9 *Nomen, quãdo dicatur esse receptũ inter rem.*
10 *Transactio est licita in crimine, in quo venit imponenda pœna omnium bonorum.*
11 *In criminibus, de quibus potest transigi, non potest cognosci, parte desistente.*
12 *Contra vsuravios manifestos potest ex officio procedi.*
13 *Valet argumentum à rebus sæpius decisis, & sic obseruatis.*
14 *Pragmat. 4. de vsurarijs recensetur.*

ARGVMENTVM.

An in crimine vsurarũ possit ex officio procedi.

CONSILIVM VII.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

1 MVltoties enumerabam casus, in quibus ex officio per iudicem inquiri poterat tam in iure ciuili, quàm canonico, secundum quod omnia sunt crimina publica, *Bald. in l. ea quidem, de accusat.* quid de iure Regni, & nostro municipali, quia opus laboriosum magis dimissi, & sparsim notatos reperi. demum collectos aliquos per *modern. Venusin. in spec. Aduocatorum, in 5. inquisit. cart. mihi* 51. *num.* 104 *cum seq.* sed de iure Regni sunt *cap. Ne tutores. Si tempora. Vt delatas. Ad consultationem*, & vbique in prædictis per modernos Scribentes nostrates Regnicolas.

2 Illud erat vnũ de iure canonico, nempe in crimine vsurarum per *tex. in cap. cum in Diœcesi*, & ibi *Ioan. de Anania in 1. notab.* quoad commodũ priuati procedi potest, secus de iure ciuili, quo iure nedũ inquiri, 3 sed neque puniri potest, *l. cos. C. de vsur. Bart. in l. 1. col. 3. C. de sum. Trin. & Fide Cath. Dec.* ita consuluit *cons.* 170. Sed absit quæstum hodie per cõstitutionẽ, nam nedum inquiri, sed puniri, in quo peccant, pœna publicationis bonorum, adeo quod Im- 4 perator voluit esse crimen publicũ, prout est de iure canonico, & quilibet de populo, etiam quod nõ suam, vel suorum iniu-

riam

Digitized by Google

riam prosequitur. accusat, denunciatque, *Const. Regni vsuratiorũ, §. omnibus, vbi casus.*

5 Sed per Ritus Constit. potestas lenita est, vel restricta ad illos dũtaxat, qui suos, vel suorum iniuriam prosequũtur. *Rit. 14. incip. Item quod nullus laicus*, vbi requiritur accusatio in forma *l. libellorum*, nec sufficeret sola denunciatio per alium *Rit. seq. 15. incip. Item quod nullus admittatur, Paris de sindicatu, v. inquisition. vers. & hodie in Regno sunt sublati*, quia numeratio Rit. quandoque decipitur alio numero, & sunt *Ritus supracitati nn. 191. & 192.* Inde sequitur artic. de quo quæritur, & in quo

6 versamur, quia post accusationẽ, si accusator desistat, nõ potest per Curiam vltra proc edi, omissa distinctione *Bart. in l. inter accusatorem, in fi de public. indic. et in l. libellorum, §. fin. de accusat. Alex. in l. quarta, §. hoc autem iudicium, de damno infe.* & per alios in locis vulgaribus non omittam. *Luc de Penna in l. 1. C. publ. letit. & in l. 1. C. de desertor. lib 12.* Quicquid scripserint, & dixerint in crimine, in quo versamur

7 habemus *Andr. de Isern. quem Euangelistam nuncupant in hoc Regno*, qui decidit *in dicta const. vsuriorum*, quod si desistat accusator ante sententiam; quod iudex nõ procedit allegat *tex. in l. quod cum maior, §. accusasse, C. de bon. libertor.* Et idem, si appel-

8 latione pendente, nisi per fraudem. Adeo quod decisio *Andreæ* tollit dubium, quod non procedatur, accusatore desistente, quando nomen rei esset receptum inter reos; quod fortè intelligitur lite cõtestata.

9 Nam licet nomen receptum inter reos, *Bart. declaret in l. fin. C. vt nemo priuatus*, quãdo est pronunciatum super aliqua exceptione, puta super ista, nunc post pronunciationem, quod reus dici nequeat, si admitteretur, quod præcedi possit, esset nomen inter reos receptum, *Andreas* remouet dubium, quod si ante sententiam; quinimmo si pendente appellatione facit

10 ratio, cum transactio licita sit, vbi imponenda venit pœna omnium bonorum, secũdum omnes in *l. transigere, C. de transact.* & ibi præcipuè *Bart.* In omnibus igitur criminibus, in quibus transactio permissa

11 est, Iudex, parte desistente, cognoscere nõ potest, *Alex. dicit in cons. 91. col. 2. vol. 2.* & quamuis possit allegari *Rit.* alter incip. *Item quod Procurator Curiæ sub nu. 21.* possit causam vsurariã prosequi, id intelligitur

12 in vsurario manifesto, & notorio, contra quem sicuti ex officio procedi potest sine accusatore; & hodie pariter desistente accusatore. Vel quando accusator desistisset per fraudem, secundum *Abb. in cap. consilit. vsuriorum*, & secundum hanc intelligentiam sequitur *Afflict. vbi num. 17.* Sed vbi cessat notorietas facti, & vsurarũ, vbi cessat fraus accusatorum, certum est, quod nunquam Magna Curia procedere

13 consueuit; & valet argumentum à rebus sæpius decisis, & sic obseruatis, *l. 2. §. hoc autem rescriptũ, ff. ad Syllan.* sic tex. aiebat, quotquot sunt Actuarij M. C. & practicantes interrogentur, quod M. C. non cõsueuit procedere, vbi accusator desistit. Pariter non erit procedendum in causa vsurarum contra N. de hoc crimine accusatum post partium desistentiam, maximè quia omnes querelæ sũt sine forma *l. libellorum*, vt requiritur, & in hoc crimine, vel sine probationibus, & sine cautela. *Bald. in l. diffidentibus, C. de testam.* vt proprio commodo sit renunciatum, & secundum

14 hanc meam sententiam concordat *prag. Caroli V. Inuictissimi Imperatoris*, quod procedatur ex officio, etiã parte desistente, quando est vsurarius notorius; quod cum non sit, neque fuerit, seueritati parcendum legum, atque Regni Const. lenitam, atq; hic vsu probatã intelligeremus. Cætera suppleant doctissimi Iudices.

Scipio Bilotta.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius in totum succedit in locum cedentis, & quid quando alius cessionis non interuenerit, n 32.*

2 *Specialis hypotheca posterior, an præferatur generali anteriori.*

3 *Textus in l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. succed. interpretatur.*

4 *Textus in l. licet, C. qui potior. in pignor. hab. examinatur, & n. 31.*

5 *Contractus per solutionem viribus euacuatur.*

6 *Hypotheca est obligationi accessoria, & sine ea stare non potest.*

7 *Iura creditorum, quando fit solutio de pecunia debitoris, extinguuntur, & in alium transferri non possunt.*

8 *Dominium pecuniæ transfertur traditione; & an id fiat per apocam banci, n. 9. 37. & 38.*

10 *Venditio solet fieri, vt perpetuò duret.*

11 *Venditio quæ statim reuocatur, præsumitur simulata.*

12 *Permutatio facta cum re, quæ incontinenti reuenditur, dicitur venditio.*

13 *Ex inuerisimilitudine contractus, dignoscitur simulatio.*

14 *Traditio, & numeratio relata ad contractum simulatum, suum effectum non operantur.*

15 Con-

15 *Contractus simulatus, non potest dici contractus.*
16 *Irrito contractu principali, omnia pacta in eo apposita irritantur*
17 *Pecunia Titio debita, Titij quoque dici potest.*
18 *In venditione annuorum reddituum personalis obligatio principalis est, realis verò accessoria.*
19 *Si annuus redditus, est redimibilis, videtur debitum resolui in unam summam pecuniæ.*
20 *Qui solvit sortem, debitum solvisse existimatur.*
21 *Liberatio, & obligatio ex unica solutione minimè possunt oriri.*
22 *Pecunia sub conditione debita, si liberè soluatur, non dicitur indebitè soluta, & indebiti conditionem non parit.*
23 *Debitor debitoris soluens de illius mandato suis creditoribus, liberationem tantum, & non hypothecarum cessionem potest cedere; & hoc casu censetur prius debitori soluisse, et ab eo pecunia suis creditoribus transmitti &* n. 24.
24 *Solutio facta à debitore, parit liberationem pignorum ad beneficium aliorum creditorum, in cuius præiudicium non possunt iura in alium transferri per debitorem soluentem. &* n. 26.
27 *Pacta ad unius utilitatem inducta, plurimisque cautelis roborata, præsumuntur fraudulenta.*
28 *Tex. in l. pen. C. de his, qui in prior. cred. loc. succed. declaratur, &* n. 29.
30 *Debitor debitoris dicitur illius creditoribus obligatus.*
33 *Pacta contra iuris dispositionem sunt reuocanda.*
34 *Pactum factum à non habente potestatem, est nullum.*
35 *Pactum debet prodesse & nocere ei, cùm quo factum est, & non aliis.*
36 *Fauore unius inducta, non debent in odium retorqueri.*
37 *Dominium rei transfertur traditione scripturarum.*
38 *Fides publici banci habetur pro pecunia numerata.*

ARGVMENTVM.

Cessio iurium an possit fieri per creditores, quando eis soluitur de pecunia debitoris, ad intellectum l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. succed.
Specialis obligatio, quãdo generali præferatur, ad intellect. l. licet, C. qui potior. in pign. habeantur.

CONSILIVM VIII.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

DVo sunt si rectè animaduertantur, nec plura esse possũt, quibus M. Antonius in hac causa innititur, primum quod iura hæredum D. Pyrri Loffredi, & D. Violantis Spinellæ in M. Antonium ex cessione trãslata sint, eos fuisse Priores Villarouæ constat, ergo qui eorum locum successerunt, eodem iure potiri conuenit ex his, quæ habentur per totum titulum C *de his, qui in prior cred. loc. succe.* Alterum verò est, quod redditus à prædictis redempti specialiter ex pacto M. Antonio prædicto obligari fuerũt, ideò & si posterior esset præferri deberet *per tex. in l licet C. qui pot. in pig. hab.* Hęc prima (vt aiunt) fronte vrgentissima pro aduersario esse videntur, si quis tamen attẽtius legum rationem intuatur nihil ea obstare, nullarumq; virtutum esse cognoscet, id autem quò facilius esse deprehendatur, considerandum est amborum prædictorum iurium pœnè eandem rationẽ esse

Digitized by Google

esse nempe pacti, & conditionis propter quæ, qui posterior est priores excludit, sed
3 proveritate animadvertendum est illorum neutrum locum habere nisi pecunia soluta sit etiã illius, cui hypotheca acquirenda est, sic enim, quòad primum *aut g/a. in l. 1. C. de his. qui in prior. cred. loc. succ.* vt nulla successio habeat locum, cùm debitor pecuniam suam propriam soluerit creditori. & idem tradit *gloss. & ibi Bar. in l. Aristo. ff. quæ res pig. oblig. poss.* idq; probatur *in dd. l. 1. & 3. C. de his, qui in prior. cred. loc. succ.* cum in vtraquè l. exigitur solutionem fieri de pecunia illius, qui in priori locum succedere contendit, & latè *Negus. in tract. de pigno. in 3. membro 5. partis n. 43. & 45.*

4 Quòd verò ad secundum in ipsa l. licet manifestissimè ostéditur, & rationi est cõsonum, quia cùm quis pecuniã suam mutuò dat, vt res emátur, quæ sibi supposita sit debet prioribus anteferri, quibus nullum infertur præiudicium cùm idem ius fuissent habituri si res illa empta non fuisset. At quandò res de pecunia propria debitoris emitur iniquum esset anteriores à posteriore excludi, qui nihil de suo solvit ad rem illam emendam per *text. in l. si generaliter C. qui pot. in pigno. hab. & in l. qui generaliter ff. eo.* quæ viterius manifestissimè demoũtrantur, nàm cùm debitoris pecunia creditores dimittuntur principalis obligatio soluitur, & pignora liberantur, vt in *l. solutum ff. de pigno.* actio dissoluta igitur hypotheca in alium trãsferri non potest, nam cum, vt supra dictũ sit ipsi debitori cuius pecunia soluitur nõ est aliqua cessio facienda, & probatur in *l. nulla C. de solut. & per Salyc. in l. 1. C. de actio & oblig.* ita etiam per ipsum in aliũ translatio fieri non potest, quia plus iuris, quàm quis habeat in alium transferre nequit, ipsam autem hypothecam extinxit solutio, vt prædixi, quemadmodum omnes accessiones dissoluũtur, vt in *l. omnes ff. de except. l. 4. C. de nonnum pec. l. si fideiussor in princ. ff. mandati, & inst. quib. mod. tol oblig. in princ. Bar. in l. in diem ff. de aqu. plum. arc. & Bal in l. 2. 13 q. C. de*
5 *rest. vend.* soluto igitur contractu per solutionem perinde habetur, atque si nunquã contractus celebratus esset, vt in *l. 2. §. id quoque ff. de coll. bon.*

Quid enim iniquius excogitari posset, quàm quod debitor pecuniam suam creditori soluat hypotheca autem bonorum in alium transeat principali obligatione
6 extincta sine qua hypotheca tanquàm accessoria stare nõ potest, vt in *l. cõtrahitur, & l. res hypothecæ, & in l. grege in §. 1. ff. de*
7 *pigno. & in §. 1. inst. de fidejuss.* ex quibus patet iam, quod cum debitoris pecunia creditori soluitur illius iura in aliud trãsferri minimè possunt, in hac autem controuersia patet debitoris pecuniam fuisse solutam, non autem ipsius M. Antonij, ergò certo certius est ipsum in ius primi nõ succedere, nec hypothecam acquirere, cùm enim sit manifestissimum Antonium Silium debitorem emisse à M. Antonio annuum reditum, eodemquè die ipsum M. Antonium eumdem reditum redemisse, pacto adiecto, vt pecunia illa prædictis prioribus creditoribus solueretur, cui est dubium hanc pecuniam Antonij Silui debitoris fuisse, quę creditoribus soluta fuit, quod si M. Antonius dixerit pecuniam ad se translatam fuisse ex venditione redditum Antonio Silio facta subtilius cõsiderare debet nunquam verè ipsorum numorum dominium discessisse, nec ad se translatũ vnquàm fuisse duplici ex causa.

8 Primò, quia non apparet sibi pecunia numerata, aut tradita, & collat dominiũ aliter transferri nõ potuisse vulgata *l. traditionibus C. de pact. cum simil.*

Nec obstabit si dicatur prędictum Antonium mandasse numulario per literas, vt pecuniam solueret M. Antonio ex causa venditionis reddituum prædictorum, quia nec M. Antonius pecuniam accepit aut vnquam à mensa, siue (vt aiunt) Banco dimouit. sed tantùm alijs literis mãdauit, vt eidem Antonio solueretur, cùm igitur nunquam pecunia sit M. Antonio soluta,
9 nõ potuit eius dominium acquirere, nàm per literas prædictas potestas tantùm capiendi pecuniam datur, dominium autem non transfertur, vt euidentius apparet ex his, quæ *Doct.* scribunt in ea q. vtrum mensæ decoctio noceat scribenti literas, an verò suscipienti, vt *Bar. & reliqui in l. singularis ff. si cert. petat. & in l. qui vsumfructum de verb. oblig. Paul. Castr. in l. delegare ff. de nouat. Alex. in cons. 10. vol. 2. & Afflic. in dec. 353. cum simil.*

Secundò apertius hoc apparet, quia cùm M. Antonius vendiderit prædictos annoe redditus protinus, eodemquè momento temporis illos redemit, hinc sequitur eum non habuisse animum vendẽdi, & cõtractum simulatum, & in fraudem fuisse, nàm si verè animum vendendi habuisset, profectò non tam citò discessisset,
10 cùm vẽditio soleat fieri, vt perpetuò duret, vt tradit in terminis *Bar. in cons. 65.*

so-

factum tale est Petrus Nicole Paul. in cõs. 74 in causa mota per Dominam Orothiã num. 9. & 10. lib. 2. & quidem in casu vbi contractus quatuor menses durauit *Affl. in cap. 1. n. 69. de feudo dato in vic. I commi. & Bart. Cæpol. in tract. de simul. contract. præs. 24.* qui etsi requirant, vt pactum ad hoc præcedat tamen, vt mihi refertur in q. nostra conuentio adeit per scripturas probata, & si non adesset expressa ex tan-
11 ta temporis breuitate interueniisse præsumitur, vt in proprijs terminis post *Alber. tradit Ias. in l. si tibi pecuniam num. 10. ff. si cert. pet.* & sic succedit regula *tex. in l. qui sic ff. solut.* optimèq; confirmatur ex eo, quod scribit *Bar in l. 2. C. de repud. & abst. her.* quod si filius abstineat se paterna hæreditate mox prædium hæreditariũ redimat censetur abstentionem reuocasse, *& Socin. omnino videndus in cons. 127. num 7. & 8. 3. vol.* & quod notanter scribit *Det. in cons. 182. in casu occurrenti 3. vol.* & in fine addit, quod *glos. illam in §. 23. q.*
12 *22 nu. 60.* quod si quis permutauerit feudum cum alia re, quam incoptinenti reuendat ei à quo accepit, non censetur voluisse permutare, sed feudum vendere, ideòq; retractui locũ fore, & quinto pretij existimationem, & quod ait *Bal. in rub. C. de reuoc. his, quæ in fraud. 2 col. Ias. in l. non dubium num 48. C. de legi. tex. & ibi glos. Bar. & Ang. in l. fi. vendi. § fin ff. de priuil. credi. Guid. Pap. in cons. 65. n. 6. vers. de voluntate*, Det. *in l. certi conditio §. si numos num. 13 & 14. ff. si cert pet.* quod quando duos actus in continenti fiunt vnum censetur propter aliud *Hip. in l. statu liber num. 5. vsque ad finem ff. de quæst. Paris cons. 54 num. 66. & cons. 55. num. 40. & seq primo vol. et cons. 86. num. 34. 3. vol.* in hac materia simulationis loquens, & *Tiraq. in tract de retract. conuc §. 1. glos. 5.* vbi plura de his, quæ in continenti fiunt loca, & Doctorum responsa citat, & ad rem nostrã conuenientius *de retract. lign. §. 1. glos. 14. nu. 37. cum seq. & in eo §. glos. 7. num. 76. cum seq.* Idquè alia ratione manifestius de nostro, nam M. Antonius erat diues, & pecuniarum minimè indigens, quin eodem die castrum conturſij ab eodem Antonio Siluio emit, non est igitur verisimile eum, qui præsenti, propriaquè pecunia emebat vendere voluisse, nec eum, qui propter necessitatem æris alieni vendebat sua propria aliena emere voluisse, vt in proposito *Bart. Cæpol. affirmat in tract. de simul. contra. præs.*
13 19. Cùm igitur ex prædictis appareat cõtractum hunc inter Antonium Siluium, & M. Antonium celebratum immaginarium, & fictium esse, sequitur quod nec si tradi-
14 tio, & numeratio sequuta fuisset dominiũ translatum esset secundum *Bar. per illum tex. in l. nuda, & in l. post contradictum col. 2. ff. de donatio. & in l. emptor de aqua plu. are Alex. cons. 47. vol. 3. Aug. & cæteri in l. si donatione C. de collat.* Det. *in cons. 239. col. 3 & 4. Socin. in cons. 65. col. 9. vol. 1. & cons. 61. num. 10. vol. 4. Affl. in decis. 40. col.*
15 *pen. & decis. 139.* Nam contractus simulatus non potest dici contractus in eo enim deficit substantia, vt ait *Bart in l. nemo potest de leg. 1. & secũdum Bal.* est tanquam corpus carens spiritu *Bal. inquam in l. 1. C. plus valere, quod agi. &* Det. *in cõs. 587. num. 7.* quin etiam, quod est valdè in quæstione nostra notandum ex hoc contractu impeditur translatio dominij. Verùm omnes clausulæ, & alia, quæ in ipso contractu conpenta sunt redduntur simulata nulla, atque in efficacia, vt per *Bart. in d. l. nemo potest in 5. q. & ibi cæteri scribentes de leg. 1. Fel. post Abb. in cap. significantibus in fine de off. deleg. & in cap. si cautio de fide instrum. Cart. in cons. 8 col. fin. & cons. 54. col. pen.* Det. *in cons 180. col. pen. & in cons. 151 in princ. cum simil.* In quibus tra-
16 dunt anullato contractu principali omnia pacta super eo apposita deficere atq; tolli ex quibus fit non posse M. Antonium ex prædictis contractibus, ac iuribus aliquo modo vti, quibus accedat, quod si quis vellet sine ratione pertinaci quadam obstinatione defendere dominium pecunix in M. Antoniũ fuisse translatũ adhuc necessariò idem, quòd paulò antè affirmaui statuendum est, nàm saltim pecunia
17 illa Siluio debita erat, igitur ipsius pecunia dicti poterat ad creditores translata *l. fi me, & Titium ff si cert. pet. l. si pecuniã C. de neg. gest.* Nec enim dici potest M. Antonium pecuniam Siluio soluisse suam cùm ei debitam soluerit *l. 1. & ibi Bal. C. si ser. ex tex. & imp. in l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc.* vtitur verbis sub quibus restitutio minimè cõtinetur, cùm dicat, qui pecuniam postea dat, quod verbum non refertur ad id, quod restituitur, vt tradit *Bal in l. subtracta C. de furtis*, quod autẽ
18 M. Antonius fuerit debitor inficiari non potest quoniam in venditione annuorum reddituum principalis obligatio personalis est res autem in quibus constituuntur sunt accessoriæ, vt explicauit *glos. illa §. 11. num. 12. & seq. glos. illa num. 14. & sequitur Conan. variar. resolut. lib. 3 cap. 7. num. 2.*

num 5.verſ.4.ibiquè gloſ. illa num. 14. ait,
19 quod quando annuus redditus eſt redimibilis videtur debitum reſolui in vnam ſummam pecuniæ, quo fit, quòd cum M. Antonius debitor fuerit, vel annuæ præſtationis, vel ſortis principalis, quia ſortè ſoluit debitum ſoluiſſe exiſtimatur *l. ſi non ſortem § ſi decem ff. de cond. indeb.* ita vt
20 ipſe ab oligatione liberetur, vnde alium ſibi ex hac ſolutione obligare non potuit, quia fieri haud quaquam poteſt, vt vna ſolutio liberationem, & obligationem ſimul pariat, *vt in l qui hominem § fin. ff. de ſolut.* Quòd ſi aduerſus ea, quæ paulò antè affirmata ſunt dixerit aliquis pecunia prędictis creditoribus ſolutam Antonij Siluij dici non potuiſſe, quia & ſi M. Antonius reſtituere teneretur, tamen ſub conditione debebat reſtituere pecuniæ in-emptionem conuertendæ ſecundum ea, quæ inter Principem, & Antonium Siluium conuenta erant, cùm igitur remota illa conditione reſtituerit in debitum ſoluiſſe exiſtimandum eſt, idcircò ei licuiſſe videtur, ita vt ſupra dictum eſt paciſci, huic reſpondebo animaduertendum eſſe, quod illa conditio depoſiti non facit pecuniam in debitam, itaquè ſimpliciter ſoluta pa-
22 riat conditionem in debiti *iuxta tex. & ibi notata in l. ſi quis eum àfid iconim ff. de condit. indeb. vbi Paul. Caſtr.* hoc caſu nõ eſſe agendum conditione in debiti cùm-fit ſolutum debitum, quamuis aliterquè ſolui debuiſſet, adducitquè *tex. in l ſed etſi me putem § rum iter ff. de cond. indeb vbi Bar.* ait non dici indebitè ſolutum fundi, qui liberè traditur cùm ſeruiens tradi debuiſſet, vt facit *tex. in l. ſi §. vlt. ff ſi eui pluſquam per l. ſal.* Igitur cùm debitum-ſolutum eſſe dicatur, vt ſupra dictum eſt ceſſio fieri non potuit, quin etiam hoc
23 probari videtur, quod ſi M. Antonius mandato Siluij creditoribus ſoluiſſet, non quidem hypothecæ ſibi cedi potuiſſent, ſed tantum à Siluio liberatus eſſet *l. ſolutam ff. de ſoluț.* Ergo ſi fieri non potuit, vt M. Antonius directè ſoluendo creditoribus creditoris ſui illorũ iura acquireret, vndè fieri poteſt, vt ſoluendo debitam pecuniam ipſi creditori illa acquirat, cùm-etiam eo caſu, quo ipſe M A. creditoribus ſoluiſſet conferetur prius ſuo creditori ſoluiſſe, & ab eo poſteà in alios creditores pecunia trãſiſſe, vt tradunt ſcribentes
24 in *l. ſingularia ff ſi cert. pet.* Ideò cùm non poſſit diuerſitatis ratio afferri idem ſemper eſt reſpondendum, vulgata *l. à Titio ff. de verb. oblig.* vltrà hæc conſiderandum eſt, quod Siluius non potuiſſet M. Antonium prioribus anteponere *l. 2. ff de his, que in fraud. cred.* ſi hæc ceſſio iurium admitteretur per indirectum, eueniret, quod directò fieri non poterat, quod non eſt di-
25 cendum, ſolutio enim Siluij liberauit pignora in fauorem aliorum creditorum, iuxta tradita in *d. l. Ariſto*, cui fauori Siluius renunciare non potuit in aliorum-perniciem *l. 3. ff. de his, que in fraud. cred. l. debitorum* C. *de pact. & l.* 1. C. *deb. vend. pigno. impe. non poſſe*, & quemadmodum Siluius in præiudicium creditorum non-potuiſſet illam ſummam pecuniæ M. Antonio ſoluere, cùm poſſit dici eo tempore de-oxiſſe, vt *Bal. reſpondit in conſ.* 432. *caſus talis eſt A. Campſor. lib.* 1. *Roma. conſ.* 111. *viſo puncto*, ita etiam non potuit al-
26 teri ſoluendo eandem pecuniam aliqua-iura eidem acquirere in alio rum creditorum perniciem, quia ſic fraudibus via daretur. Accedit prędictis, quod talis cõtractus ex eadem tẽporis breuitate in fraudem creditorum celebratus præſumitur. *Bar. in d. l. poſt contractum*, & cæteri in-locis prænarratis, ideò ei prodeſſe nequaquam debet, idquè ipſum arguit colluſionem, & fraudandorum creditorum conſilium, nam cùm prædictum caſtrum emeret, in hoc ſedulò vigilauit, vt illi creditores ex pecunia dimitterentur, qui in feudalibus habebant aſſenſum, & quibus ſecundum Sacri Conſilij mandata pretium dicti Caſtri ſoluẽdum erat, vt ſic feudum illud liberè ad ſe perueniret aliena pecunia, & non ſua liberatum in manifeſtam perniciem illorum creditorum, qui carebant aſſenſu, qui proculdubio ſecuri fuiſſent, ſi mandatis Sacri Conſilij M. Antonius paruiſſet, quod totum commentum damnum creditorum vtilitatem verò M. Antonij, & nihil commodi Antonij Siluij continebat, cùm iſte ad dimittendos illos creditores vrgeri non potuiſſet, eiuſquè parui intererat alios reddirus. emere, & eis creditoribus cenſum ſoluere, quin etiã onus Antonij Siluij inducebat, nam pecuniam cum onere conſequebatur dimittendi illos creditores redditus verò ad M. Antonium reuertebantur liberi ſine-aliquo onere, cui igitur eſt dubium, cùm pacta ſolam ipſius M. Antonij vtilitatem reſpiciant, eum non ſincera fide, vt ſic ſine iniuria, & omni honeſtate loquar, ad contractum proceſſiſſe, nam vbi pacta ad vti-
27 litatem vnius, referuntur & plures cautelas complectuntur, ibi maior fraudis ſuſpitio, deprehenditur ſecundum *Bar. & Alber.*

Alber. in l. pen. C. de euict. Bal. & Paul. in l. testamentum C. de testamen. Socin. in cons. 143. *dùm profectiò col. vlt. 1. vol. & cons.* 121. *lib.* 2. *& cons.* 215 *vol. lib.* 1. *Det. cons.* 448. *vis tota col.* 3. *& in l. dubitationis ff. de reg. iur. & Bal. in cap.* 2. *col.* 2. *extrà de consu.* ait vbi abundantior est cautela ibi euidentior est fraus *Ias. in cons.* 170. *quod pradicti lib.* 2. *& Bar. Cæpol. vbi sup. pref.* 14 quare M. Antonius pati debet fraudẽ, quam alijs intendit, vt in *l. sed & partus §.* 1. *ff quod metus causa, & in l. creditoribus C. de re pig. dat man.*

28 Si verò dicatur M. Antonius erat redempturus redditus prædictos, igitur pacisci potuit, vt pecunia prioribus creditoribus solueretur per *l. pen* C. *de his, qui in prior. cred. locum succ.* respondeti potest primo sibi ipsi imputare debere, quod ab his, quę cum Principe conuenta erant discessit debuit enim sic restituere pecuniã, vt ex ea alia emptio fieret, ex quo securus fuisset, extinctis ex retrouenditione hypothecis, vt tradit *Bar. in l. in diem ff. de aqua plu. arc. & Tiraq. de retract. conuen. §.* 3 *glos.* 1. *num.* 10. vnde succedit regula *l. multum interest* C. *si quis alteri, vt sibi,*

29 præterea ex prædictis apparet illam l. debere intelligi in vera venditione, & quando de propria pecunia facta est solutio, secus si de aliena, & vlterius, quod illa lex procedit, quando pecunia soluitur illi cui possessio obligata est, & in hypotheca est prior, hic autem solutum fuit, creditoribus, qui & si in alijs bonis priores erãt in hac tamen pecunia non præferebantur cùm ex pacto Principi esset specialiter obligata iuxtà *tex. in d. l. licet.* Item quia, & si M. Antonius pecunia soluta fuisset tamen excludi deberet, quia M. Antonius debitor Siluij postquam annuos redditus illi vendidit est etiam illius creditoribus obligatus iuxtà *tex. in l. nomen* C. *quæ res*

30 *pign obl poss.* Igitur illi soluendo cessionẽ acquirere non potest, aut aliqua iura ex cessione, quia illis debitum videretur soluisse iuxtà tradita in *d. l. Aristo.* & si quæ iura acquisita essent retinendi tantum facultatem tribuerent, quæ aduersus Principem non operatur, qui est prior, quòad dictam pecuniam, nec D. Villanouam excludit, qui aduersus M. Antonium non agit, sed conuentus est.

31 Apparet etiam ex prædictis *l. licet* C. *qui pot. in pig. hab.* nõ obstare, & præterea, quia in redemptione locum non habet, cùm ea sequuta extinguatur hypotheca. Ideòq; in alium transferri nequit, vt supra dictum est, & tradit *Aret. in cõs. 6. vise testamento col* 2. *in fin. primi dubij*, & cum res redempta est perinde transit ad hęredes, ac si nunquam alienata fuisset, vt respondit Det. *in cons.* 88. vbi multa ad rem scribit, & in *cons.* 238. Cagno. *in l. si nu.* 74. C. *de pact. inter emptorem. Boer. dec.* 78. *gloss. illa §.* 41. *num.* 21. *& Arnal. Ferro. in cons Burd tit de retract. §.* 11. extincti igitur redditus per redemptionem M. Antonio obligari nequiuerunt, quia eius, quod non est nullæ sunt partes.

Hæc igitur solita humanitate sanctissimi, doctissimiquè indicantes inspiciant, nam haud dubito eos pro sua integritate Excellentem hunc virum D. Villanouam esse absoluturos, plura namque scribere pudet, nè de ipsorum prudentia, & causæ iustitia diffidere videar.

Scipio Bilocta.

ADDITIO.

TRia examinare libuit ad ornatum huius Consil. nempè. Primò, vtrum actus cessionis iurium sit necessarius ad hoc, vt quis succedat in locum prioris creditoris, quando pactum est, vt ei de sua pecunia soluatur, & c. iuxtà *glo in d. l.* 1. C. *qui potior in pignor. hab.* Secundò, num emptor possit pecuniæ suæ ponere legem nempè, vt soluatur certis creditoribus; & an tale pactum valeat in præiudicium anteriorũ. Tertiò, & vltimò, dum per D. *Authorem* hic dubitatur *num* 9. quin girata apoca banci, non per hoc transferatur pecuniæ dominium; hoc assumptum melius examinare.

Quòad primum ego semper habui pro vero, & sic in facti contingentia consultus respondidi, quod ad hoc, vt creditor succedat in locum prioris creditoris non

32 sit necessarius actus cessionis iurium sed tantum debẽt cõcurrere requisita per *glo. in d. l.* 1. C. *de his. qui in prior. cred. loc. succed. in verbo non accepisse*, ibi enim glosa dum enumerat ea, quæ requiruntur ad hoc, vt creditor de cuius pecunia anteriori soluitur in illius locum succedat, docet tria requiri nempè primò, quod hic conueniat, vt in locum primum succedat. Secundò, quod sua pecunia perueniat ad primum. Tertiò, vt detur ad hoc, vt liberetur pignus. Quibus tribus interuenientibus, inquit glos. succedit loco primi, ergo non est opus iurium cessione; ex quo

glos.

Digitized by Google

gloſ iſta magiſtralis,quę enumerat omnia requiſita,iurium ceſſionem inter ea non comprehendit. Et quamuis dubitari poſſit de hoc aſſumpto reſpectu eiuſdem hipothecæ primi creditoris,quæ inquit *gloſ. & Azon. ibid.* non eſſe eandem cum prima,ſed per omnia ei ſimilem,cum prima hypotheca ſolutione fuerit ſublata; & ſic poſſet quiſpiam dubitare an huic creditori liceat experiri eadem hypotheca, & anterioritate creditoris anterioris liberati ex ſua pecunia; Diluitur hoc dubium ex ſingulariter notatis per *Bart in l. Ariſto 3 ff. qua res pignor. vel hypoth. obligar. poſſit*,vbi interpetrando *dictam gloſ.* Confirmat eius dictum, quòad primum caput, quod ſcilicet ijs tribus concurrentibus creditor ſuccedat in locum primi, quo verò ad ſecundum, quod hypotheca non ſit eadem, contrarium de directo validis rationibus fundat,quod ſcilicet ſit eadem prorſus hypotheca *ibi num.4.* Et à prædicta mea opinione non longe abſunt notata per *Præſ. Vinc. de Franch. grauiſſima authoritatis virum in dec.134. quæ in his terminis loquitur,& ea, quæ notant Cartar. in deciſ.61 num.13.& Beninteud.dec.50.*

Quòad ſecundum, dum accidiſſet caſus,quod Io.Baptiſta Ferrus emptor Terræ Calcobotacij depoſitaſſet pretium dictæ Terræ vinculatù pro ſatisfactiè dis nõnullis creditoribus quond.Alphonſi Piſcicelli olim Domini dictæ Terræ, ego qui patrocinabã pro vno ex dictis creditoribus anterioribus, cui tamen pecunia deſignata è ſupradicto Io. Baptiſta emptore ex quo erat creditor in maxima pecuniarum quantitate ex cauſa tertiarum non ſufficiebat omninò tale pactum eſſe reijciendum defendendi, cùm in caſu noſtro emptor non poterat creditoribus præiudicare, qui debẽt ſatisfieri ſeruata forma diſpoſitionis iurium nempè, *qui prior in tempore, &c.* & ſic ex iſto capite tale pa-
33 ctum debet reijci tanquam cõtra diſpoſitionem iuris *arg.l.in hoc 14.§.ſi conueniat ff.communi diuidundo Minad.in conſl. in aliquibus notab.3.num.31.* Præterea ex defectu poteſtatis, ſimiliter tale pactum debet reijci,cum Io.Baptiſta emptor nullam habeat poteſtatem præiudicandi creditori-
34 bus Alphonſi Piſcicelli,& ſic pactum annullatur ad notata per *Iſer. in cap. 1. verſ. sommersium de prohib.feud.alien.per Lothar. Grammat.deciſ.76.nn.23.* Ruſſus eſto,quod tale pactum valeret, prout non valet pactum debet prodeſſe, & nocere ei cum-
35 quo factum eſt,& non alijs, *l.ſi vnus §.ut omnia ff.de pactis Azon. in ſumma C. eod. num.28.* & ſic iſtud pactum initum inter Alphonſum Piſcicellum, & Io. Baptiſtam Ferrum minimè eius creditoribus præiudicat,& vltimo dicebam,quod Io.Baptiſta Ferrus appoſuerat tale pactum ad ſui fauorem ad hoc, vt pretium dictæ Terræ eſſet in tuto; & nunc tale pactum in eius odiũ retorqueretur dum poſteriori creditori ſatisfit, & anterioris iura remanebant illibata ſuper dicta Terra, quod eſt
36 contra diſpoſitionẽ *tex. in l.nulla 25.ff. de legib.& not. Camill.de Medic. conſ. 141.nu. 13.* & ſic omninò tale pactum eſſe reijciẽdum defendidi.

Quòad tertium contra aſſumptum Dñi Authoris facit *tex.in l.1.C.de donation. vbi*
37 *DD.* per quem teſtium ſtatuitur, quod dominium rei transfertur traditione ſcripturarum, dum igitur fuit conſignata apoca banci videtur fuiſſe translatum dominium,eo fortius cum in nummis, & pecunia numerata ſola immiſtione transferatur dominium *ad tex. in l. ſi alieni ff.de ſolution.* quem exornat *Alfon. Peruſin in collect.iur.ciuil. 19.* & ſolutio facta per mediũ
38 fidei crediti cuiuſdam publici banci habetur, ac ſi fuiſſet ſolutum in pecunia numerata, vt poſt alios notat celeberrimus *Reg.Rouit.in dec.35.n.8.*

Octauius Biloſta.

SVMMARIVM.

1 *De bonis miſerabilium perſonarum non poteſt fieri nec tranſactio, nec venditio, nec alienatio, niſi intercedente Iudicis decreto, cauſa cognita.*

2 *Actiones omnes iudicantur eiuſdem naturæ cum ſubiecto,cui dirigunur.*

3 *Compromiſſum plura continens capita, iudicatur, ac ſi quot ſunt capita, tot ſint compromiſſa.*

4 *Veritas fictioni præfertur, & veritati omnia cedunt.*

5 *Nemo ſine actione experitur.*

6 *Qui à lite recedit dicitur eſſe in lucro.*
Publica intereſt litibus imponi finis.

7 *Pro bono publico paſſum minoris, & pupilli, abſque decreto Iudicis tranſactionem facere.*

8 *Quod tranſactione datum,licet indebitè,non repetitur.*

9 *Per inſtrumenta de nouo reperta, minime à tranſactione receditur; niſi dolus interueniſſe probetur.*

10 *Remed. l. 2. C. de rescindenda vendit. an in transactione locum sibi vindicet.*
11 *Veniens contra instrumentum iuratum, efficitur infamis, & à iure suo cadit, & quid respectu minoris, num seq.*
12 *Actus de per se inualidus, iramenti religione firmatur, & n. 14. & declara n. 16.*
15 *Lex minoribus inhibet transigi, nisi certis solemnitatibus intercedentibus, quod declara num. 23. 24. & 25.*
17 *Non omne id, quod est contra bonos mores de iure ciuili, est ita de iure canonico.*
18 *Regula, quod inrationatum non ligat, quando est contra bonos mores, regulatur in terminis iuris canonici.*
19 *Videt remissio facta cum iuramento fauore legis indulta.*
20 *In adimpenda habilitatione à iuramento, an sit necessarium exprimere causas, pro quibus à contractu receditur.*
21 *Solemnitas requisita ad validitatem actus, si deficiat per impossibilitatem, non per hoc euitatur actus.*
22 *Actus defectuosus factus ad fauorem priuilegiatæ personæ, tenet.*
26 *Compromissum, licet ab initio inualidum, ex post facto subsistentur in vim pacti, & ab eo reuocari non debet.*

ARGVMENTVM.

Compromissũ factum de re Vniuersitatis absque decreto Iudicis, quibus cocurrentibus iudicetur validum, nõ obstante defectu decreti prædicti.

CONSILIVM IX.

Primo inuocato suffragio.

Vdio dubitatum fuisse super nonnullis præmissis dictis, siue mensibus elapsis celebrato inter Vniuersitatem, & homines alterius loci, siue vna, & Vniuersitatem, & homines alterius Pe-

sculi ex altera prò bono publico, & pace, & ad euitandum scandala, rapinas, & homicidia, quæ in dies euenire poterant, non solum inter homines prædictarum Vniuersitatum verum in Prouinciis Aprutinis, & toto Regno cum incederent tunc temporis octingenti, & plures homines armati per montaneas, & nemora circum circa dictas Terras, consilio, & spe pacis destituti ad nouas rixas, scandala, cædes, & contentiones facilè prorupti, ad quæ euitãda vtraque Vniuersitas ducta spiritu quietis, & zelo pacis concluſit in eorum generali consilio præsentibus locorum Officialibus, vt ritè compromissum fieret, quo mediante reconciliarẽtur, & in dies amore, & beneuolentia crescentibus sperabatur antiquas controuersias, & quæstiones aboliri. At inimicus naturæ, Christianæque religionis contrarius non desinit animos hominum dictarum Vniuersitatum perturbare ad peiora conciliendo, & sic vbi quies, & concordia ampleza erant, iam fœdere pacis rupto, Vniuersitas Terræ Ioyæ dixit de nullitate laudi ex eo capite, vt mihi præsupponitur, quia defuerat in compromisso prædicto Iudicis decretum, & sententiam in eius fauorem reportauit ea fortasse ratione, quia in dicta Vniuersitate continentur viduæ miserabiles personæ minores, & pupilli, quibus interdictum est à iure etiam cum authoritate suorum tutorum, vel curatorum bona eorum, quæ seruando seruandis possunt vendere, alienare, distrahere, vel transigere super illis, sine iudicis decreto, & causa cognita *vulg. l. lex, qua tutores C. de admin. tut. l. tutor rerum, & ibi glo. ff. eod. l. de his, & l. cum ij. §. si prætor. & ibi scrib. ff. de transact. l. non solum C. de prædiis mino. & nota in l. prima C. si aduer. transact. est similis*: verum cum in casu nostro minimè videbetur necessaria interpositio decreti Iudicis, vt ex infra dicendis demostrabitur, dicendũ est reuerenter sèper loquendo prædictum compromissum legitimè fuisse factum, & laudum semper inde ritè, & rectè, & iustè in cohortum extitisse, & ad faciliorem dicendorum inteligentiam.

Primò præsuppono compromissum prædictum, vt ex ipsius lectura facilè constat fuisse factum super rebus mobilibus nempè tritico se mouentibus Vniuersali animalibus, actionibus damnis, & interesse, necnon super dimidietate terrenorum campi miti, & sic re in mobili secundo præsupponò bona prædicta mobilia, &

mo-

mouentia ex actis,& processibus minimè constare fuisse vnquam vniuersitatis Terræ Ioyæ, sed benè hominum particularium prædictæ Terræ, & per consequens actiones,& iura,quæ occasione dictorum bonorum darent censeri, & reputari eiusdem generis cuius bona prædicta sunt,
2 vnde si actiones competunt ad mobilia, mobilia bona censentur, & iudicantur, vt notat *Bart. in l. potest. ff. de auto. tuto. scrib in l.prima C si aduers. transa. Bar.in l.mouentium ff.de ver.signi. Ioann. And.in. add.specul in tit. de fruct. & inter super vers sed quid si debeo dicit Angel.in l.prima. §.fuit quæsitum .um sunul.ff. ad Trebell.* modo clarum est in iure, quod & si compromissum fiat, & in tali compromisso plura continente capita tot cõpromissa censentur quot sunt capita,non obstante,
3 quod vna sit,tunc scriptura . *arg. tex. in l. scire debemus ff.de verb.oblig.l.etiam ff. de minor.e cum tempore de arbitr.* tum igitur non solum super immobilibus, sed & super animalibus, & frumento,& sic rebus, quæ nunquam fuere Vniuersitatis prædictę necessariò dicendum est compromissum, & laudum super dictis rebus factum, & latum valuisse,& tenuisse absque aliquo iudicis decreto, quando non vniuersitas de prædictis transigeret verum, & dicti particulares. In pleno consilio id disposuerunt cum certum esset non agi de rebus Vniuersitatis,& licet Vniuersitatis,& hominum ipsius nomine factum fuerit illud euenit,vt facilius dictæ Vniuersitates, & homines earum ad pacem, & concordiam traherentur, vt ex compromissi lectura apparet veritas enim opinioni, & fictioni præfertur. *l. prima, & ibi notat Bal.vers nota c. plus valet quod agit idem Bal. in l.5.colum.2.vers.confirmat quare*
4 *expressa* C.*de hared.instit.* & veritati omnia cedunt c.*veritati* 8. *distinct. cap. fraternitatis de frig.& malef.* nullo igitur modo tale iudicis decretum erat necessariũ sciũt enim homines Terrę Ioyæ, nec hoc negabunt in specie ad causã bona vnquã fuisse expresse Vniuersitatis, qua propter non video ex quo capite potuit Vniuersitas prędicta de nullitate iudicij laudi dicere ex defectu compromissi cum careret actione,& nemo sine actione experiatur. *l.si pupilli §.videamus ff.de neg. gest.Alex.*
5 *cons.*110.*lib.*5.*colum fin.in fin.* nec refert si dicatur,quod dicta bona mobilia, & animalia potuerant esse alicuius minoris,seu pupilli, quia hoc non constat ex actis, & dato, quod constaret iudici, minores bona sua recuperauerunt in pace,sine litibus,& aliqua impensa.nõ parum reportauerunt commodum,& per consequens suam conditionẽ meliorem fecerunt,satis
6 enim lucrari dicitur quis, si à lite recedit, secundum *Abb. in c. Quintauallis, extra de iureiur.*& in eo cõsideratur publica quędã vtilitas,vt .s.litium sit finis,vt voluit *Bal.in l.fratris.C.de transact.* est bonus tex.in *l.fin. ff. pro soc.* ibi, vt alíquis litium esset finis, iuncta *l.1 ff.de vsucap.* ibi [bono publico, quo fit, vt non requiratur alicuius de-
7 creti interpositio]*l.cum ÿ,§.quid si prator, ff.de transact.l.tuteris, & ibi glos ff.de pact.* deducit *Ruin.cons* 11.*lib.*4. *col.*1. & fauore litium euitandarũ id, quod per transactionem datur, minimè repetitur, licet in
8 debitum fuerit,& quasi sine solutum,quia lex pro idonea causa habet, quod per transactionem fuerit aliter recessum, *l.in summa,§.*1.& ibi notant *Scrib. ff.de condit.*
9 *indeb.*Et per instrumenta de nouo reperta nõ receditur à transactione,nisi probetur dolosè facta, *l. sub prætextu, la prima*, vbi plenè per *Scribentes*, & *Alexander, & Ias. C.de transact.*facit optimus tex.in *l.Lucius, §.hu.*ibi, si nõ transactum esset. *ff ad Treb.* Tantus igitur est fauor finiendarũ litium, vt transactio ob enormem lesionem non
10 rescindatur,nec habeat locum dispositio *l.*2. *C.de rescind.vend.* secundum magis cõmunem, & veriorem opinionem, de qua *Dec.cons.*216. visa transactione, quæ conclusio in casu nostro omnino est amplectẽda, cum omnia gesta per dictas partes extiterint confirmata iuramento in amplissima forma, & sæpesæpius reiterato, quo casu,qui nititur contra instrumẽtum trãsactionis iurati in,efficitur (cum reue
11 rentia) infamis statim, & cadit ab omni iure suo, *l.si quis maior*,& ibi communiter per *Scrib.C.de transact.*firmat *Paul.de Cast. cons.*67. *visis, & consideratis, vers. secunda ratio.* Et licet ille tex. loquatur in maiore, tamen hodie idem dicendũ,saltim quo ad obseruantiam transactionis, & iuramenti
12 etiã in minoribus, per tex. *in auth.Sacramenta puberum, C.si aduer.vend.* sentit *Socin. iun.cons.*32.*sub num.*16.*lib.*3. cuius authoritatis dispositio procedit etiam si cõtractus iurantis esset inualidus,vt ibi per *glo.* quam sequitur *Bart. Bald. Angel. & Salyc.* & est communis opinio, quam attestatur
13 ibi *Ias. col.*8. & dicitur per iuramentum actus inualidus confirmari etiam si in eo plures adessent defectus, vt voluit *Paul.de Cast.cons.*229. *in causa que vertitur, & Dec. cõs.*414.*viso eleganti consilio,in fi.* A fortiori

igitur compromiſſum, de quo agimus, quod tranſactio cenſetur, ſecundum *Bart. in l. ſocietatem, §. arbitrorum. ff. pro ſoc.* validiſsimum erit, vbi vltra plura iuramenta, quæ interpoſita fuerunt ab vtraque parte trãſactum fuit ſuper animalibus, & rebus mobilibus, quæ nũquam fuerunt Vniuerſitatis alicuius, & ſi loquamur de territorio campi Mitij, adhuc defectus decreti Iudicis non videtur in aliquo obeſſe, ea nempe ratione, quia cõtractus, in quibus
14 ſolẽnia de iure ciuili interuenire neceſſariò debent, iuramento confirmantur, per *tex. in d. auth. Sacramẽta puberum*, & per *tex. in c. quamuis, ext. de pact.* & ſaltim, vt ſupra diximus, quo ad obſeruantiã confirmantur, cõmunis eſt opinio, ſecundum *Soc ins. conſ. 32. n. 26. lib. 3.* Et ſi dicatur, quòd tale iuramentũ non eſt obligatoriũ, quia cum lex minoribus prohibeat tranſigi, niſi certa forma ſeruata, *l. de ijs ff. de tranſact.* contra
15 faciens, videtur tranſgreſſor legis, *c. 2. de maior. & obed.* & iuramentum videtur cõtra bonos mores, quod vtiq; non eſt obligatoriũ, *l non dubium C de legib.* tradit *Ang. conſ. 94. cum lis, & quæſtio, col. fin. ver. ad quintum, de iuramento, & reſpondetur ex doctrina Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. fin. in princ. ff. de verb. oblig.* quia non verum indiſtinctè, quod contractus quando eſt
16 nullus, impediãtur in eo vires iuramenti, vt patet *in c. cum contingat, ext. de iureiur. d. auth. Sacramẽta puberum, & in c. quamuis, ext. de pact. & in c. ſignificante, extra de pign.* vnde lex iſſa in dubium procedit, quando contractus ſit propter turpitudinem aliquam, vel malos mores, quod quidem in caſu noſtro non videtur, nam contra bo-
17 nos mores aliquid eſſe, aliter dicitur de iure ciuili, aliter dicitur de iure canonico, vt notat *Bald. in l. pactum quod dotali, c. 19. C. de collat.* & colligitur talis differẽtia in *d. l. pactum inſtto, c. 2. de pact. in 6.* & idem notat *Bal. in d. l. non dubium, in 16. oppo. C. de legibus, & in l. ſi quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1.* & ideo dicit *Paulus de Caſt. in l pacta quæ contra, C. de pactis*, quod regula *non eſt*
18 *obligatorium, de reg. iur. lib. 6.* intelligitur, q̃ ſit cõtra bonos mores de iure canonico, & licet leges allegatæ in fauorẽ aduerſariorum loquantur prohibitiuè, vt eſt *l. de ijs, l. lex quæ iuſtores*, cum ſimil. quando le-
19 gibus prohibitiuis renunciari potuerunt partes cum iuramento, vt cõcludit *Alex.* qui alios refert in *l. ſi conſtante, §. quoties, ff. ſol. matr. col. 2. verſ. ſecundo limita.* Et iuramẽtum vim habet ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, ſecũdum *Bal. in l. ſancimus, C. de teſta. col. fin.* & ſic per iuramentum renunciatũ, eſt *d. l de ijs*, cum ſimilib. vt cõcludit *Io. de Imo. in d. c. cum contingat, col. pen. verſ. circa quintum, per tex. in d. auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. & in c. quamuis, de pact. lib. 6.* Ex quibus omnibus facilè colligi poteſt, compromiſſum prædictum validum ſemper extitiſſe, & quod aſſerta abſolutio à iuramento (cum reuerentia) ſubrepritiè, & falsò obtenta pro parte Vniuerſitatis terræ Ioyæ in aliquo proficere ſibi minimè potuerit, cum impoſſibile ſit docuiſſe prædicta animalia, & bona alia mobilia fuiſſe dictæ Vniuerſitatis,
20 & aliquam læſionem occaſione eorum paſſam fuiſſe, quod vtiq; neceſſariũ erat, ad tradita per *Scrib.* & præcipuè *Bart. in d. l. ſocietatem, §. arbitrorum ff pro ſoc.* & quãuis Vniuerſitatis nomine dictũ compromiſſum fuerit ſuper dictis rebus cõfectũ, id euenit, vt facilius allicerentur, quapropter in periurium (cum reuerentia) videtur quod inciderit dicta Vniuerſitas Ioyæ, & propterea audienda nõ erat tam ſuper dictis rebus mobilibus, & ſe mouẽtibus, quàm ſuper territorio campi Mitii, cum degerans, vt eſt notiſſimi iuris, à limine iudicij meritò excludatur.

Vlterius dato, & non conceſſo, quod requireretur Iudicis decretum, ad hæc ipſius defectus non vitiauerat dictũ compromiſſum, cum certum ſit in iure, quod cum aliqua ſolemnitas in actu interuenire debet, ſi talis ſolemnitas adhiberi nõ po-
21 terit, quia deficiebat, & nõ reperiebatur, tunc etſi non apponatur, non propterea actus redditur nullus, & inualidus, prout vidimus, quod ſtãte ſtatuto, quod mulieres, vel minores minimè contrahere poſſint ſine præſentia conſanguineorum, vtique ſi mulier, quæ contrahit, conſanguineos non habet, defectus conſanguineorum, non reddet talem contractum nullum, & inualidum, ſecundũ cõmunem opinionẽ DD. tale ſtatutum intelligitur, ſi cõſanguineos habet, ſic videtur, imm̃ò neceſſariò dicẽdum eſt, q̃ cum negotium gereretur inter duas Vniuerſitates diuerſis dominis vtilibus ſuppoſitas, non poterat altera alterius Capitaneo ſe ſubmittere, vt decretum interpoſuiſſet, nec ad Regia tribunalia confugere poterãt, quia periculum maximum erat in mora, tum quia illa multitudo armatorũ incedebat per loca propinqua dictis caſtris, & timebatur, ne noua ſcãdala orirentur, tum etiam quia multi hoſpitabantur milites in dictis caſtris ob tutelam eorum, & homi-

num

num ipsorum de mandato Regiæ Audientiæ, & vt assisterent Auditori, dum informationem rerum præteritarum capiebat, & iustitiam exequebatur in contumacium domorum diruptionem, quod ægrè ferebant omnes conuicini, & necessariò erãt remansuri dicti milites inhospitati, si ad pacem, & concordiam non veniebant, vt euitarent damna, & scandala, quæ in dies post discessum Magnifici Auditoris oriri poterant, cum nullus reperiretur ciuis in terra Pesculi, qui potuisset tunc tempore cogi ad præstandum idoneam cautionem de non offendendo homines Vniuersitatis terræ Ioyæ; de quibus omnibus si extitisset excellens causæ Commissarius informatus, non dubito quin aliter decreuisset.

Præterea compromissum prædictum confectum fuit inter personas priuilegiatas, & tũc succedit alia iuris regula indubitata, quod cũ actus est defectiuus, etiã forma si fit in fauorem priuilegiati, & sic
22 minoris valet, & tenet *l. cum ÿ. §. quid ergo, & ibi glos. Bart. Bald. Paul. de Cast. & reliqui Scrib ff. de transact.* Et quotidie id accidit in cõtractibus minorum, quod si illi sunt vtiles, teneant, & minimè nulli, & inualidi censentur, inde si istud compromissum vtile fuit Vniuersitati Ioyæ, non potuit obtinere, nec petere absolutionem à iuramento, si vtile Vniuersitati Pesculi, similiter valuit compromissum; & pars aduersa aliquid obijcere minimè poterat cum priuilegiatus in damno euitando, prout infertur pro parte Vniuersitatis Pesculi, alteri priuilegiato, qui de commodo, & lucro tractat, obijcere nequeat. Et tãto magis hoc dicẽdum est, quia iura,
23 quæ prohibent minores bona stabilia alienare, seu super illis compromittere, si bene, & maturè considerentur, loquuntur, & supponuntur res esse in bonis eorũ, & ab ipsis teneri, & possideri, & sic prohibent dominium, vel earum possessionem in alios transferre, *l. lex quæ tutores, C. de administr. tut. l. non solum, C. de ind. mino. notat glos. & post eam Bart. in l. nulli, ff. de transact.*
24 Si verò minor non possideat, transactio valet etiã sine decreto, dummodo authoritas tutoris, vel curatoris interuenerit, quia tunc non dicitur alienatio sequi, etiã si apud aduersarium res maneat, arg. tex. *in l. si fundo, C de transaction.* *voluit Rovuus cons. 11. n. 4. vol. 4.* Vnitas autẽ terræ Ioyæ hucusq; minimè docuit de tali possessione, nec in contrarium docebit. Vlterius dicta iura prohibẽtia talem alienationem rerum minorũ, siue pupillorũ, nõ sibi vendicant locum, quãdo transactio fit, & celebratur propter pacem, & concordiam,
25 vt voluit *Lanfrancus in suo tract. de arbitr. 3. part. princ. n. 4.* compromissum autem, de quo agitur, non ob aliud, nisi propter pacem, concordiam, & quietem confectum fuit, vt ex lectura ipsius apparet.

Præterea cum omnia fuissent nõ solum iureiurando, vt supra deduximus, confirmata, & roborata, sed verbo gratias agẽdo pro laudo lato, & res ipsa approbãdo, & confirmando omnia gesta, & laudata, recipiendo consignationem animalium deperditorũ, necnon capiendo possessionem territorij in dicto laudo designati, pascuãdo eorũ bestias, & oues inter terminos designatos, præsentibus ambabus partibus, & Magnifico Regio Auditore, & pluribus testibus nullus est, qui iure negari possit, tale compromissum, & laudũ, licet essent inualida, tale pactum ex post facto accedente, efficitur vt valuerint, si non in vim compromissi, & laudi, saltim
26 in vim pacti, & à tali pacto recedere non licuisset alicui partium, *tex est in l. 2 C. com. vtriusq, ind & ibi glos fin. l cum minor, §. fin. ff rem rat. hab. l. 1. C. de inrisa. om. ind & l. non dubium, C. de tęsta.* concordat *glos in c. cum olim il primo, post princ. extra de offic. deleg.* cum simil. Eo magis, quia, vt deduximus, non constat de aliqua possessione dictæ Vniuersitatis, & ꝙ omnia pro bono pacis, & quietis fuerint celebrata, & confecta, & bona maioris valoris, & æstimationis non fuerunt Vniuersitatis alias bona illa mobilia, & animalia, & vt mihi præsupponitur, & verbo veritatis asseritur, territorium ꝙ nunc sub cõtrouersia prætẽditur manere, non ascendit ad valorem, & pretium ducatorum ducentorum. Ex quibus omnibus dicendum est, necessariò compromissum legitimè fuisse celebratum, & laudum iustissimum, & adhuc in eorum robore maneãt, parte deducta, ex indicijs intuentis, facilè erit colligere. Laus Deo, & eius gloriosissimæ genitrici. Neap. de mense Aprilis 1574.

Scipio Bilotta.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet iudicare secundum probata.*
2 *Indicia sunt quæ à legibus approbantur.*
3 *Arbitrium Iudicis regulatur à lege, præsertim in criminalibus.*
4 *Probatio in crimine falsi, debet de necessitate concludere, & coniecturis non adiuuatur.*
5 *Notarius antea habitus bonæ vitæ, & famæ, contrario non probato, talis hodie reputari debet, & num. 11. Atque hac præsumptione indicia contra eum existentia tolluntur.*
6 *Si res furtiua reperiatur penes virum bonæ vitæ, & famæ, non facit contra eum indicium.*
7 *Quando adest depositio principalis, alia probatio non requiritur.*
8 *Testes quando sunt concordes in summa principali, etsi in alijs sint singulares, probant.*
9 *Testes de auditu, quando nominant personam, à quo audierunt, plenè probant.*
10 *Confessio iudicialis iungitur cum testibus de confessione extraiudiciali.*
11 *Regula quod sola suspicio falsi, pro falso reputatur, non procedit in puniendo tale crimen.*
13 *Consuetudo, etiam iniusta, excusat.*
14 *Depositio quando fit ab eo, qui scit scribere, debet ab eo subscribi, aliàs est nulla, & depositio subscripta, prævalet non subscripta, num. 15.*
16 *Creditur plus inquisito de falso, negenti, quàm Actuario affirmanti, etiam de gestis coram Iudice.*
17 *Depositio, siue confessio principalis potest per eum reuocari, maximè imminente metu tormenti, etiam si fuerit facta coram Iudice, & num. 18.*
19 *Indicium sit per duos testes, ad finem inferendi torturam.*
20 *Vnus testis, quando est omni exceptione maior, facit indicium, sed non contra virum probum.*
21 *Ad hoc vt quis de falso inquiratur, quæ requirantur.*
22 *Falso accusans de aliquo crimine, eiusdem criminis pœna debet mulctari.*

ARGVMENTVM.

Falsi crimen quomodo probetur; & varia de reuocatione depositionis ab inquisito factæ; & de effectu bonæ famæ, & opinionis probatæ.

CONSILIVM X.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

Visa informatione, capta contra Notarium Stephanum de Puteo super prętensa falsitate; quæ falsitas dici non potest, prout ex infra dicendis apparebit: Et in effectu ad instantiam Fisci testes examinati nihil afficiũt ipsum Notariũ Stephanum; cùm non deponant aliquid de ipsa falsitate prętensa, prout ex eorum lectura clarè patet. Quo casu est
1 notoriũ in iure, Iudicem iudicare debere secundum probata in processu; & non ex eius mente & suspitione, *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præf.* cum pluribus per *Dec. cons. 177. nu. 2.* & latè *Bald. in l. si irruptione, ff. sin regund. & Canonistæ in c. 1. post gl. magnam de offic. ord.* Et in casu nostro nõ solũ desunt probationes, verum etiã nec sunt indicia arguentia ipsam falsitatem; nam
2 illa dicũtur indicia, quæ à legibus approbantur, & non quæ figurantur in mente Iudicis, notanter *Bald. in l. cum citra, C. de iure dotium, & in l. fin. C. de probationibus.* Et Iudex qui procedit ad torturam, vel cõdemnationẽ sine indicijs à legibus approbatis, facit causam suam, prout firmat *Brun in tract. de indic. in c. incip. Circa quartã quæst. 3. fol. mihi 19.* Nec poterit, vt dicũt fatui Iudices, ex eorum arbitrio procedere; quia in criminalibus Iudex habet ar-
3 bitrium; nã sic dicentes, loquuntur marte suo; quia arbitriũ Iudicis in criminalibus est regulatum, & restrictum, dummodo legem non offendat, *tex. ad litteram, in l. 1. ff de*

Digitized by Google

ff de vsur. ibi [Ita tamen, vt legem non offendat] Per quem ita consuluit *Curt.iun. cons* 110. vbi alia bona iura; & omnino videatur *Hippol.cons.*59 *incip. Non video, nu.*14.*cum seq.* qui allegat multa, ℘ Iudex nõ potest ex eius arbitrio procedere, nisi indicia fuerint approbata à lege. Et in casu nostro non solũ non video indicia, verum etiam nec præsumptiones, vt clarius infra patebit.

Et ad demonstrandum omnia prædicta esse vera, adducitur elegans doctrina *Bal. inulta glos in l.inuitgentium, ff.quod fere, in princ. vers.in ea ibi, ff.de pact.* vbi firmat, ℘
4 probatio falsi debet de necessitate cõcludere, quod sit falsum; & nõ potest probari ex coniecturis; & ibi etiam notat *Aug.* & tenet *Salycet.in l.de tutela, C.de in integr. restit.* & post multa sic firmat *Alex.cõs.*84. *lib.*1.*incip Viso testamento col.*4.*n.*11. *Ias.in l.*1.*num.*14. *ff.si quis ius dicen. non obtemper.* Adeo vt omnino debet Notarius ipse ab iniusto carcere (cum reuerentia) liberari.

Corroborantur prædicta, quia per multos testes probata est legalitas, & bona fama ipsius Notarij Stephani, solitus similia non committere; quo casu succedit
5 clara iuris dispositio, ℘ cum antea Notarius ipse fuerit semper habitus bonæ vitæ, & famæ, ita hodie reputari debet, *l.non omnes, §.à Barbaris ff.de re milit.* ibi [Si bonus ante æstimatus fuerit.] Et est adeò verum, quod hæc probatio tollit indicia, quæ fortè essent contra inquisitum, *Bart.* notat per illum *tex.in l.si desertorem, §.sed si ex improuiso. ff.de re milit.* & in proprijs terminis multa determinat *Ias.in cõs.*153. *incip. Difficultas huius causæ, vol.*2. *col. fin.* concludens, quòd probato ipso Notario fuisse legaliorem, & bonæ famæ, prout in casu nostro, tolluntur omnia indicia contra ipsum fortè existẽtia: Nam licet essemus in casu, quod contra Notariũ essent indicia falsitatis, & de falso teneretur, hoc tamen non procedit, si Notarius sit bonæ vitæ, & famæ, quia talia indicia tolluntur, vt firmat in proprijs terminis *Io. And.in add.Speculat.in tit.de instr.edit. §.instrumentum, Bald.& Alex.in l.qui accusare, in princ.n.*3. *C.de eden.* Stante maximè longo tempore huius obligationis, quæ præsumitur facta, quo casu cessãt indicia falsitatis fortè existentia contra Notarium;
6 nam est adeò magni effectus, probatio bonæ famæ, quòd licet penes aliquem res furtiua reperiatur, probata tamen bona fama, tollitur omne indiciũ cõtra ipsum, *Salycet.in l.*2. *col.pen. C.de quæstio.* Immò plus dicit *Alex.in d. l. qui accusare*, quòd licet Notarius, qui occultat protocollũ, teneatur pœna falsi, hoc non procedit, concurrẽte diuturnitate temporis & bona fama Notarij, quia tolluntur indicia contra ipsum; quod dicit valde notãdum.

Præterea quid vltra quærimus, vbi habemus confessionem ipsius Petri querelantis, qui in eius protestatione in actis præsentata, asserit, obligationem esse veram in personã quond. Leonardi; sed adijcit, illã qualitatẽ ei fuisse cassam; quæ quidem qualitas per ipsum non fuit probata. Ex quo succedit vulgaris regula, ℘ actore non probante, reus absoluitur. Sed vera est, & pro vera reputatur eius depositio in iudicio per comparitionẽ facta, asserẽdo, debitum esse verum in personã dicti
7 q. Leonardi; quo casu alia probatio non requiritur, quãdo adest depositio principalis, maximè ad releuandum inquisitum ab onere probandi, *l.*1. *C.de confess.* latè *Bart.in l.si confessus, ff.de cust.& exhib.reor. Alex.cons.*177. *visa inquisitione, lib.*4.*col.*1. Vltra quod multi testes deponũt, pluries audiuisse à dicto Petro querelante, quod tenebatur dicto Leonardo in dictis ducatis quatuor centũ; & quod erat obligatio penes acta baiulationis Terræ Pimontis; quo casu cũ sint plures testes, licet extra-iudicialiter deponant audiuisse à principali, nihilominus plenè probãt, quia omnes concordãt in summa principali; & de persona, audiuisse à dicto Petro; quo casu
8 etiã si essent singulares, adhuc probarent, *Spec.in tit.de testib. §.iam de interrogatorijs, vers. hinc est, quòd si quis vult*, & notanter *Bal.in l.de quibus, col.antepen.in fi. ff.de legi.* subdens, quod non attenduntur aliæ variationes, dummodo cõcludant ad principale, & sic ad debitum, si erat verum, prout in casu nostro, quia sufficit, quod in cauda eorum dicta colligãtur, sequitur *Calcan.in cons.*9.*col.*2. *ante med. & cons.*19. *col.*5. *post med.& Corn.in cõs.*34.*col.*2. *lib.*2. *& in cons.*146.*col.*1. *post med.lib.*3. cũ pluribus per *Aym.de antiq.*4.*par.nu.*20.*fol.*191.
9 Et quando testes nominant personam, à quo audiuerunt, prout in casu nostro, plenè probant, *Canonistæ omnes in cap.licet ex quadam, ext.de testib. post glo.ibi, in v.ab vno.* Immò probarent, dicendo, audiuisse à diuersis personis, *Corn.in cons.*78.*col.*1. *in fi. lib.*3. quia non nocet diuersitas personarum, à quibus auditum sit, vt ibi per eum. Vltra quod coniunguntur confessio Petri
10 iudicialis fatentis veram obligationem in personam dicti quondam Leonardi,

&

& teſtes de eius extraiudiciali cõfeſſione deponentes; & faciunt plenam probationem, maximè ad euitãdum quem à pœna, prout firmant omnes, maximè *Iaſon in l. admonendi, de iureiur. vbi eſt Carrotium.*

Quare ex ſupradictis, nulla probatione ſtante contra ipſum Notarium Stephanũ, nulliſque indicijs legibus approbatis exiſtentibus; immò ſi extarent, ob eius famã probatam, & notoriam, eſſent purgata; non video cur Notarius ipſe liberari nõ debeat, aduerſam partẽ ad expenſas con-
11 demnando, querelantem. & notari præſumẽtem fallitati. nota Notarium ipſum Stephanum, virum iam tenem, nobilem, atque litteratum, qui iſtam vſque ad ætatem ab eius iuuentute ſemper fuit optimæ vitæ, & famæ; & talis hodie à lege præſumitur, aureus *text. in c. cum in iuuentute, de præſumpt.* Equidem ſanæ mentis cõtrarium dixiſſet nullus, maximè in hoc prætenſo falſitatis crimine, in quo, vt ſupra dixi, probationes debent màgis concludere, quàm in quolibet alio crimine, per ſuperius adductæ.

Nec moueat Domini Iudicis animum qualitas forſitan prætenſi delicti, in quo ſola ſuſpitio falſi, pro falſo reputatur, quia illud procedit quoad capturam, quaſi vt
12 per ſolam ſuſpitionem poſſit carcerari, non autẽ ad finem puniendi, quo caſu debent eſſe probationes concludentes, per ſuperius allegata; & ita in terminis declarat *Dec in conſ 171. incip. In cauſa falſitatis col. 6. verſ non obſtat primo, quod in iſto crimine*, ſubdens etiam, quòd probatio bonæ vitæ, tollit omnem ſuſpitionem falſitatis.

Nec moueat ſecundo, quod ſaltim dicatur ipſum Notarium Stephanum eſſe in dolo præſumpto, quia non conſeruauit ſcripturas, & ſic librum, à quo reaſſumpſit dictam obligationem, ad finem vt in futurum percipiatur veritas; quia cũ ſit in proceſſu probatum in dicta terra Pimontis à longinquo eſſe conſuetudinem conſignandi ſcripturas ſic bona fide, ſine aliquo inuentario, ac etiam obligationes ſcribere paginibus intermedijs, & alias,
13 vt in proceſſu; illo caſu talis conſuetudo, etiã ſi eſſet corruptela, & iniuſta, excuſat ipſum à qualibet pœna, prout voluit *gloſ. & ibi Doct. in c. cum venerabilis, de conſuet. & ibi Anchar.* & in terminis *Alex. conſ. 8. incip. Et aduerte, col. fin. n. 9. lib. 6.* Et quod conſuetudo patriæ excuſet Notarium à falſitate, in terminis firmat *Gerard. ſing. 83. incip. Tene menti, in fi. & Bal.* per ipſum allegatum in *c. 1. de feud. cognit. & Canoniſte in cap. 3. de fide inſtrum.* & nemo diſcrepat in hoc.

Tertiò, non ipſum mouere debet vltima forſitan prætẽſa depoſitio ipſius Notarij Stephani, in qua apparet ſcriptum aliter, quàm à prima; nam (cũ reuerentia) nunquã hoc ex eius intentione prouenit, ſed errore forſitan Actuarij aliter ſcriptũ in ſecunda depoſitione, quàm dictũ reperitur; quod patet, nam ſecunda hæc depoſitio non reperitur modo aliquo ſubſcripta manu ipſius Notarij Stephani; quo caſu de iure eſt nulla, nec præſumitur ipſius deponentis, quando ſcit ſcribere, &
14 illam non ſubſcribit; prout aduertit noſter modernus Regnicola *Foller. in 2. par. ſecundæ partis, in rubr. & demum repetatur, num. 13 fol. mihi 267.* & ſentit *Bald. in l. fin. plus val. quod agit.* aduertens Doctores ne ſe ſubſcribant; & ſubdit ibi *Foller.* quod multi in hoc decipiũtur; nam ſubſcriptio eſt tanti effectus, quod præualere facit, & pro valida reputat depoſitionem illam, in qua ſubſcriptio reperitur, adeo vt ſi prima depoſitio fuerit extra iudicium, & habet in ſe ſubſcriptionem, & ſecundo loco depoſuerit inquiſitus coram Iudice cum iuramento, attenditur tamen prima de-
15 poſitio, & non vltima, tamquã non habẽs ſubſcriptionem, *notat Auet. in c. per tuas, de probat. Imol. in c. cum cauſam de teſtib. Felyn. in c. cum in tua, vlt. col. de teſtib.* poſt quos ita firmat *Capye deciſ. 192. n. 7.* Et in caſu noſtro audio ſic depoſuiſſe Notarium Stephanum, quia primo ſe examinauit in terra Pimontis extra iudicium, & ſe ſubſcripſit, & ſecũdo loco in terra Graniani, corã ipſo Iudice, & minimè ſe ſubſcripſit. Adeò, vt ex ſupradictis, caſus noſter eſt deciſus, vt pro nulla reputetur prætenſa vltima depoſitio, licet iurata, & coram Iudice facta, cum non habeat in ſe ſubſcriptionem, vt ſupra firmaui.

Et in hoc caſu, quando tractatur cõtra aliquẽ de crimine falſi, ſi inquiſitus facta publicatione, dicat non eſſe verum, quod Actuarius ſcripſit, negando ſe aliter di-
16 xiſſe, plus creditur ipſi, cõtra quem falſitas prætenditur, quàm Actuario; in indiuiduo ſic firmauit *Abbas in c ad audientiã, de præſcript. n. 7.* & in tantũ opinio *Abbatis* eſt communis, vt per eum eſt vera, quòd creditur magis illi, contra quem falſitas prætenditur, dicenti, non ita eſſe, prout ſcriptum reperitur, quàm Actuario ipſo, etiam ſi depoſitio eſſet facta coram, & in præſentia Iudicis, prout in caſu noſtro in

pro-

proprijs terminis firmat *Salyc. post Cynum in l. si quis Decurio, versic. pone*, C. *de falsi. Alex in cons. 70. incip. Viso processu, in 1. col. vol. 1. ex Bart. in l. si quis legatum. quæst pen. ff. de falsi. Ely. in c. ad audientiam, de præscrip.* Et in proprijs terminis contra inquisitum de falsitate firmat *Gramm. cons. 30. n. 11. in criminalibus.* & idem in *dec. 60. n. 18.* & post multa sic firmat *Iacob Nouell. in sua pract. crim. in cap. incip. Crimina obiecta, n. 11. fol. mihi 338.* secundum modernissimam impressionem. Et est adeò verum, dũ aliquis de falso inquiritur, quòd etiam si eius depositio esset subscripta, quod est fortius, & tractatur de puniendo aliquẽ de falso, & inquisitus negaret aliter dictum, quàm scriptũ, magis ipsi, quã Actuario creditur; in terminis *Grammat. cons 47. per totum*, & pulchrè *Capyc. decis. 61. num. 5.* vnanimiter concludentes, quia debent esse probationes concludentes, & luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probat.* cum alijs per ipsos allegatis.

Et dato, & nunquam concesso, Notarium ipsum Stephanum ore proprio sic dixisse, prout in secunda depositione reperitur, tamen reuocando dixit, & dicit ipsam erroneam, & ex errore dictam, quo
17 casu sic taliter allegando, prout in eius articulis dixit, licitũ est ipsi Notario Stephano illam reuocare, etiã ex longissimo tempore, maximè dum inest metus tormentorum, hic est *tex. notabilis in l si postulauerit, §. sed si negauerit, ff. de adul.* quem pro singulari reassumpsit *Rom. sing. 808. incip. Dicit, c. 1. in moder. impress.* Et ipse Notarius reuocauit ante publicationẽ, dum articulauit reuocando, &c. Et quando est facta talis depositio sic ex abrupto, po-
18 test illam reuocare, etiam si fuerit facta coram Iudice, absque quod docuerit de errore, ità dixit *Dominic. de Sancto Gemin. in c sciendum, 29. dist.* pro singulari sequitur *Ely.* dicens, esse notandum *in proœm. decret. super glo. 1. in princ.* & dixit, non obliuiscendum hoc quotidianum dictũ nostri Regnicola *Arno. in sing. suo 1. incip. Cõfessio.* Et poterit illã reuocare quandocunque ante sententiam, prout firmat *Paris de Puteo in tract. syndicat. in verbo tortus, vers. sequitur, à num. 5. fol. mihi 285.* secundum nouam impressionem. Adeò quod cũ in casu nostro nulla sint indicia falsitatis, postquã
19 indicium, non dicitur indicium, nisi probetur per duos testes, ad finem inferendi torturam, est *glos. notabilis in l. fin. vbi Bart. C. fam. hercis.* & post multa, sic firmat *Paris de Puteo in d. tract. syndic. vers. tortus, c. 11. quod incip. Aduertendum, fol. mihi 171.* qui benè defendit causam huius Notarij sui consanguinei. Et licet vnus testis, quando
20 est omni exceptione maior, faciat indicium, hoc nõ procedit contra viros probos, quo casu non sufficit vnus, notanter *Bal. in l. fin. n. 8. C. de probat.* subdens, quòd qualitas bonæ vitæ probata, elidit indicia, sequitur *Alexand. cons 59. col. fin. lib. 3.* Et in casu nostro deficiunt non solum testes contrarij, verum etiam nihil est, quod ipsum Notarium Stephanum offendat, per superius adducta.

Vltimò considereturr, quæso, titulus huius prętensi delicti, quia falsitatem nullam sapit, nam Petrus ipse confitetur in eius comparitione, & testes Notarij Stephani plenè probant, obligationẽ esse veram in personam quond. Leonardi, adeo vt veritas in aliquo nõ est mutata. Ex quo succedit famosum *cõsilium Aucbarani 23.*
21 quod ad hoc vt quis possit de falso inquiri, tria requiruntur, dolus, mutatio veritatis, & alterius nocumentum, quorũ vno deficiente, non potest dici falsitas, vt per eum, quod reassumpsit *Affl. decis. fin. nu. 8.* maximè cũ testes deponant, Petrum ipsum depositum fuisse, esse obligatum dicto quõdam Leonardo; & hoc confessus fuit etiam post mortem ipsius Leonardi: quo casu nil aliud potest prætendere, cũ fuerit testibus conuictus, & ipse fatetur indicta comparitione, in qua licet asserat esse cassam, de ista cassatura nõ probauit, nec liber penes ipsum Notarium fuit repertus, nec erat protocollum, quod fortè conseruare tenebatur, sed fretus probatę consuetudini, sine inuentario scripturas successori suo restituit; cuius vigore, vt supra dixi, excusatur à falsitate, considerata maximè qualitate, & integritate quondã Leonardi, qui, vt ditissimus, & integræ vitæ, nõ vtique reassumere fecisset falsam obligationem pro tam parno pretio; maximè cum semper Leonardus ipse fuerit bonæ vitæ, & famæ reputatus, & bonam fidem agnouerit, quo casu semper sic præsumitur, nisi contrarium per partem aduersam fuerit probatum, *l. pen. C. de exhib. c. semel, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6.*

Vnde iuris apertissimi censeo, Domini Iudicis partes esse in absoluendo Notarium ipsum Stephanum, & minimè falsitatis infamia notare eum, atque dictum quondam Leonardum viros integros, & vsque in eorum senectute sic reputatos, ad querelam cuiusdã rustici, malæ condicionis, & vitæ, vt est in processu probatã,

sed

82 sed querelantem ipsum falsi pœna punire, cum falsam nixus fuit instituere accusationem, & illam minimè probauit, iuxta formam iuris, & communis theoricæ relatæ per modernum *Aegidium Boxam in sua pract.crim.in c.1.de falsi.* & vigore etiã nouæ pragmaticæ, ac ad interesse partis condemnari. Et aliter iudicari non posse per Magnificum Iudicem censeo per iura, & doctrinas claras superius adductas.

Scipio Bilocta.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas Beneuentana habet potestatem aggregandi alios ad honores nobilitatis, quæ aggregatio omninò dependet ex voluntate, & arbitrio Patriciorum, numero 2. & si id facere nolunt, cogi non possunt, num. 5. & 6.*

3 *Voluntas, in dubio, debet intelligi de absoluta.*

4 *Aggregatio non debet fieri, nisi deficientibus nobilibus antiquis.*

7 *Promissio in voluntate collata, est subiecta arbitrio boni viri.*

8 *Numerus superfluus vilescit.*

9 *Nobiles Beneuentani antiqui præcedunt semper nobiles aggregatos, & hoc iure merito, & num. 10.*

Primum summarium pro argumento deseruit.

CONSILIVM XI.

Dei omnipotentis inuocato suffragio.

1 NObilitas Beneuentana habet potestatem, ei confirmatam à Paulo II. Sũmo Pontifice in anno 1548. vt *fol.69. in vol. statutorum* eiusdem Ciuitatis aggregandi alios ad honores nobilitatis, dummodo consensus maioris partis nobilium, qui in Cõsilio reperiuntur, interueniat, vt in dicto *cap.* est statutum; quæ potestas est valde iuri consona, nam ius recipiendi est collatum in arbitrium illorum, qui habent ius eligendi, *c.dilecto, de prob. Dec.in c.cum acceperint, n.5. de constit.* & talem aggregationem omninò esse remissam arbitrio, & voluntati Patriciorum, liquet ex verbis dicti *cap.* ibi,
2 *Con volontà della maggior parte delli nobili, che à quel tempo si ritrouarãno in lo Cõseglio;*
3 & verbum *voluntas*, de absoluta voluntate debet intelligi, *l.fideicommissum, §.quamquam, de leg.3.* ita vt possit facere de æquo iniquum, & è contra, *glo.& Alberic.ibidem per illum tex. Ias.in l.si sic legatum, n.27. de legat.1. DD. in l.2. §. voluntate, ff. soluto matrimonio.*

4 Sed hæc aggregatio de iure est facienda, quando deficerent nobiles antiqui, *l.generaliter, vbi Alberic.& alij ff.de Decur.* nam dum supersunt originarij antiqui, nõ est complendus, immò potius frangendus numerus familiarum nobilium ex nouis nobilibus, quos pedagogos appellat *Bal. in c.1.§.caterum, quis dicatur Dux.*

Dum nunc deputati populi intendunt cogere nobiles de Consilio ad faciendam aggregationem cuiusdam personæ ad eorum arbitrium, certè omni iure destituuntur, quia cum talis aggregatio dependeat
5 ex voluntate nobilium, ipsi cogi non possunt, si id facere nolũt, *Bal.in l.ne quicquã, §.vbi decretum sub n.5. vers. in eius libero arbitrio.& motu est facere, & non facere, ff.de offic.Proconsul.et legati.Paly.in c.exceptionem, n.2.de exceptio & in c.per tuas n.6. de testib. Ang.in l.concessiones, § si ita stipulatus, n.7. ff.de verb.oblig.* quo casu nec tenentur seruare regulas iuris, *Paris.cons.71.n.6. lib.3. Menoch.de arbit. Iud q.9.n.2. Bar.in extrauag. ad reprimendum, §.videbatur, n.7.* Quod ro-
6 boratur, nam in dicto cap. adest verbum *non possint*, quod potestatiuum est, *l sæpè, ff.de offic. Pref. l.nam quicquid, ff.de indic.* & ideo cogi non possunt, *Alex.cons.8.n.8. lib.2.* Item in statuto, & cap. prædicto requiritur scrutinium, quod denotat liberã volũtatem, absque redditionem rationis propriæ voluntatis, *c.quia propter, de elect. in 6.* & sic in praxi tale cap. fuit obseruatum, cum semper in libera voluntate nobilium fuerit facultas aggregandi.

Nec obstant ea, quæ pro parte populi adducuntur, & primò non obstat assumptum, quod promissio in voluntate collata, arbitrio boni viri est subiecta, prout
7 ipsi fundãt, argumento *l.3.C.de dot.promiss. l.cum dos, §.gener. ff.de iure dot. Bart.in extrauag.ad reprimendum, vers.videbitur, & in l.cum*

Digitized by Google

ium mea, Cdi arbitr. Alex. conf. 179. n. 9. in fi. lib. 6. quia deficit assumptum in suo principio, dum nullibi nobilitas promisit facere aggregationem, sed tantum in dicto cap. fuit ei data, vel confirmata potestas id faciendi ad eius arbitrium, & libitum; & si ad præsens nobiles de Consilio id facere denegant, omissis alijs causis, ratione honestatis, & modestiæ, dicimus id iure meritò fieri, quia numerus superfluus vilescit, *S. volumus, vbi glos. in verf. ignaros, in authentico de Referendar. Sacri Palatij.*

8

Minus obstat id, quod secundo loco pro parte populi adducebatur, quod scilicet dicta *cap. Pauli III.* partim in desuetudinem abierunt, prout *cap. 1.* quo statuitur in ordine nobilium maiorem natu præcedere, nunquam fuit seruatum, dum nobiles familiarum, quæ ad præsens

9

supersunt ex antiquis, semper præcesserc, quamuis iuuenes nobiles aggregatos, etiam senes, & consuetudine derogatur legi scriptæ, *l. de quibus, ff. de legibus. Azo in summa, C. quæ sit longa consuetudo, num. 7.* nam ad hoc facilis est responsio, quòd nempè contrarius vsus (qui palpabili ratione, vt infra dicemus) non recepit primum caput quo ad dictam præcedentiam, recepit, & admisit tertium caput quoad potestatem aggregandi nobilibus ad libitum concessam.

10

Quod verò rationabili, ac iustissima consuetudine fuerit vsu receptum, vt in publicis Magistratibus Patricij ex familijs antiquæ nobilitatis, superuenientibus aggregatis, eos præcedere debeant absque ætatis distinctione (quam distinctionem ætatis tantum inter ipsos antiquæ sessionis Patricios admittimus) liquet, ex quo sic iure communi inspecto, est statutum in *l. 2. C. de Consulibus, libro 12.*

Scribebam currenti calamo hæc pauca pro meæ nobilitatis tutamine in ciuitate Agnoni, de mense Iulij 1581.

Scipio Bilotta.

SVMMARIVM.

1 *Casus Consilij enunciatur.*

2 *Legitima debetur filiis ab intestato sine onere, sine grauamine, sine conditione, & sine mora, nec Statuto tolli, aut minui potest, sed tantum solemni exheredatione, ex quo iure diuino, & naturali debetur, et n. 3. et 4.*

5 *Ingratitudo librorum erga parentes exigens solemnem diuinæ pietatis.*

6 *Paragium quid sit, & quantum sit, num. 10.*

7 *Femina à statuto exclusa, computatur, & facit partem in legitima.*

8 *Paragium mulieribus debitum in Regno per constitutionem in aliquibus, est loco legitimæ, & qua actione petatur, num. 12. & peti potest incontinenti, antequam nubat, num. 13. & 14.*

9 *Statutum excludens à successione, non excludit à legitima.*

11 *Onus dotandi sororem, est onus hereditarium, & num. 18.*

15 *Const. Regni in aliquibus, est inducta à fauore malierum.*

16 *Paragium, etiam non agnitum, ad quoscunque transmittitur heredes.*

17 *Casus à statuto omissus, remanet sub dispositione iuris communis.*

19 *Mater præfertur fratri consanguineo in successione filiæ, etiam quo ad eius legitimam.*

20 *Legitima ascendentium, non est debita iure naturæ, & ideo per Statutum potest tolli.*

21 *Statutum Beneuentanum in §. mulier autem, tit. de dotis refectione, est conforme consuetudini Neapolitanæ si quæ mutetur.*

22 *Legitima ascendentium quanta sit, remissiue.*

ARGVMENTVM.

Legitima diuino, & naturali iure descendentibus debetur, & in eius locum in Regno est subrogata dos de paragio respectu mulierum, quæ transmittitur ante nubilem ætatem ad quoscunque hæredes.

CON-

CONSILIVM XII.

Dei omnipotentis inuocato ſuffragio.

FACTI SPECIES.

1 DEceſſit Carolus Baſciano abſque teſtamento, relicto filio maſculo ex primo matrimonio, & filia fœmina ex ſecundo, quæ filia in pupillari ætate deceſſit. Quæritur, ad quem ſucceſſio prædictæ filiæ ſpectet, ad matrem, aut ad fratrem. Dubitandi anſam præbet *conſt. Regni in aliquibus*, & cum dicta puella non venerit ad ætatem nubilem, quod nihil tranſmittat ad matrem, *Paulus de Caſt. conſ. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de cond. & demonſtr. Iaſ. in l. ſi quando, §. generaliter, C. de inoffic. teſtam. n. 10. & 11. Alex. in conſ. 61. volum. 4. Albert. Brun. in tract. de ſtatut. art. 11. 3. & 9. queſt.*

RESPONSVM.

PRæmittendum eſt, quòd legitima, & dos ipſo iure debetur filio, & filiæ ab
2 ipſo initio purè, ſine onere, & ſine grauamine, ſine cõditione, & ſine mora, *l. omnimodo, l. quoniã in prioribus, et l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoff. teſt. & c. Raynutius, §. cum autem, de teſt.*, & ex illegni canone debetur per *conſ. in aliquibus Richard. Malumb.* quẽ refert, & ſequitur *Io. And. in addit. ad Spec. in rubr. de ſtatu monach. col. 3. & Bart. in l. Titio centum, in §. sit gen. ff. de cond. & demonſt. Alex. in conſ. 55. vol. 2. nu. 7. & conſ. 2. vol. 3. num. 7. Anchar. in conſ. 323. Dec. in conſ. 31. in princ. et Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. verbo ſuſceperit fol. 247. nu. 117. in libro meo, Aſſl. dec. 125. n. 20. & dec. 306. in 1. & Anet. in §. fuerat inſtit. de actib. nu. 23. col. 2. & Alb. in conſ. 93. col. 2. Bal. & Sal. in l. ſancimus, C. de ſuppt. filii enim ipſo iure* parentibus ſuccedunt, *l. ſi mater & ibi Bal. in princ. & alij, C. de ſuis & legit.* & illud *D. Pauli ad Gal. 4.* Similis eſt, & hæres quoque eſt, relatum eſt in *gloſ. in l. 1. C. ſi minor ab hær. ſe abſt. & in l. neceſſarijs, ff. de acquir. hæred.*

3 Legitima autem filiorum, quia eſt de iure naturæ, & de iure diuino, & cõfirmata de iure ciuili, nullo ſtatuto, nec priuilegio ciuili, neque aliquo modo poſſunt tolli, vel minui, ſed debetur purè, ſine grauamine, vt ſupra, vt per Doct. allegatos, niſi iuſta cauſa exhæredentur, vt in *9. cauſas, in auth. vt cum. de appell. gloſ. in c. Quintanellis, extra de iureiur.* Quod ſit de iure naturali, eſt *tex. in c. de iur. nat. diſt. 1. & in l. ſcripto, §. fin. ff. unde lib. tex. in c. Raynutius, §. cum autem, de teſt. & Paul. 2. ad Cor. cap. 12. & in auth. de trien. & ſemiſ. in princ. Aſſl. in conſ. in aliquibus, n. 36. & 44.* vbi tex. Quod ſit de iure diuino probatur in *ſacris litteris Numeri cap. 27. Paul. ad Galat. cap 4. & cap. non omnis, 32. q. 2. & Gen. cap. 21.* ibi, Eijce ancillam. Et propterea *S. Auguſtinus refert in libro de ciuit. Dei, cap. 22.* quod propter legem Voconiam, permiſſum fuit à Deo bellum punicum; Voconius autẽ Tribunus plebis legem tulit, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus, hæredem vnicam filiam relinqueret, & ne fœminæ vltra conſanguineos ab inteſtato ſuccederent. Sed plebiſcitum hoc aboleuit, vt falſum eſt, q
4 legitima portio ſit de iure ciuili. Et omnes illi Doctores, qui hoc crediderunt, potiſſimi ſunt ſequuti *Richar. Malumb. virum iuris ciuilis eruditiſſimum, vbi ſupra relatum*, & alios quoſdã Doctores, qui illo tẽpore parum dabant operã Theologiæ, & ſacris litteris, & multi Summiſtæ crediderunt eſſe de iure ciuili, quia non conſiderarũt cõſtitutionem iuris diuini immutabilem eſſe quo ad ius legitimæ filiorum, & dotis filiarum, per ea quæ optimè conſiderãtur in *ſacris litteris Num. prælleg. nu. 27.* & eſt ibi præceptum morale, non autem cæremoniale, neque iudiciale, & ideo ius legitimę eſt immutabile, quia eſt fundatum in obligatione, qua includitur apud Chriſtianos in ſubſtantia, & forma Sacramẽti matrimonij, quod Sacramentum eſt matrimonium in Eccleſia Dei, vt ait *Paul. ad Epheſ. cap. 5. & in ſac. Conc. Triden. ſeſſ. 24. in princ.* Tollitur autem tantummodo in-
5 gratitudo illorum, qui inſidiantur, & non exhibent debitum honorem parentibus, à quibus vitam acceperant, quod crimen ingratitudinis eſt ita maximũ, vt deſiccat fontem diuinæ pietatis, quæ ingratitudo conſiſtit in quatuordecim cauſis enumeratis in *d. §. cauſas, & in gl. d. c. Quintanellis.* Et licet prædicta nõ allegaretur à Doctoribus, ſi omnes concurrunt, & eſt omniũ communis ſententia, & opinio dictorum tãquam magis æqua, & vera per *tex. in §. 1 fin. inſt. de iure natur. & ciuil. & ius ſanguinis, ff. de poſt. & ius ſanguinis ff. de reg. iur. & l. ſi quis à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoſc.* & originale fuit dictum *Richard. Malumb.* quem refert, & ſequitur *Io. And. in d. add. ad Spec. in rubr. de ſtatu mon. col. 3. & Bart. in d. l. in §. Titio gen. col. fin. ff. de cond. & demonſtr.*

monſtr. Bal. & Salyc. in l. ſancimus, C. de nupt. Cagnol. in d l. iura ſanguinis, n. 10. optimam, & Alciat. in l. nihil aliud. ff. de verb. ſignific. Ripa reſpon. 7. de leg. & long. conſuet. Corn. conſ. 123. vol 3. Guid. Pape conſ. 140. & 144. in fi. Soc. conſ. 150. vol. 1. Alex. cõſ. 55 vol 2. & conſ 111. vol. 7. n. 8. & Doct. alibi ſæpè, & firmat *Anfrer. in add. ad dec. Tholoſ. 437.* dicens bonum, q̃ ita in practica ſeruatur, & extant *deciſ Rotæ 7. de cõſuet in antiquis, Dec. in eod. tit. in nouis nu. 27. & ibi add. n. 2. & Boer. deciſ. 188. n. 6. 204 num. 12.* & vide *apoſtill ad Alciat. reg. 1. præſumpt. 8.* copioſiſſimè, & *Alb. in d. l. quoniam in prior. C. de inoff. teſt. ſtatu.* & ita ſeruatur *Rebuff. in conſt. Galliæ, tom. 3. de recuſat. in præfat. n. 8 f. 148.*

6 Eſt autẽ paragium, & legitima portio, quæ debetur infantulæ prædictæ, vt ſupra in principio fuit dictum, tertia pars eius, quod habitura eſſet ab inteſtato, & ſic triens æqualiter cum fratre diuidendus, & integra eius portio, erit ſexta totius hæreditatis, *tex. in auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſt. vbi Doct.* & in corpore vnde ſumitur, *auth. de tri & ſ. m. §. 1. & in tex. in c Raynutius, §. cũ autem, de teſt Card. Pariſ. in cõſ 25. n. 34. vol. 2. & in conſ 17. n. 28. eo. vol cõſ. 16. n. 67. eo. vol. & in conſ 30. nu. 2. vol. conſ. 6. n. 67. eo. vol.* & ex regni canone ẽt debetur *conſtit. in aliquibus. & per Affl. dec. 76. 162. & Alex. in conſ 43. num. 7. vol. 7. Curt ſen. conſ. 38. 39. n 7. Capyc. dec. ſ. 158. num. 1. 3. 6. & 7. vbi apoſtill. & Afflict. in d conſt. in aliquibus, n. 42 44. & ſeq. & ibi Iſer. col. 5. et 17. & D. Thom. Gramm dec. 57. n. 20.* & de paragio *Afflict. dec. 160.*

7 Quod etiam fœmina à ſtatuto excluſa, computatur, & facit partem in legitima, per Capyc. vbi ſupra, & per eundẽ *dec. fin. nu. 6.* & in locis hic allegatis, & copioſiſſimè per *Tiraq. de retract. conſang §. 1. glo. 8. n. 15. fol. 37. Gramm. vbi ſupra nu. 20. & Boer. dec. 104 & Affl. d. n. 54. Pariſ. conſ. 17. n. 17. vol. 2.* Et paragium, ſiue dos, quæ ſeruatur per *conſt. in aliquibus* filiæ, quã in vniuerſali ſucceſſione maſculus præcedit, cenſetur, & eſt eius legitima, & ſuccedit locũ
8 legitimę legalis, nec poſſunt eſſe minus legitimæ, prout eſt originale dictum *Richar. Malomb* quem refert, & ſequitur *Io. And. in add. ad Spec. in rub. de ſtatu mon. col. 3. Bal. & Salyc in l. ſancimus, C. de nupt.* poſt Cyn. ibi, & *Bart. in d. §. Titio gen. & Iaſ. in d. auth. nouiſſ. in fi. Aret. in d. §. fuerat, inſt. de actio. nu. 23. col. 2. Soc. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Curt ſen in conſ. 38. 39.* bene & *Alex. in conſ. 169. vol. 7. conſ. 57. vol. 2. poſt nu. 7. 10. conſ. 13. vol. 3. Card. Pariſ. conſ. 36. n. 20 vol. 3.* & copioſiſſimè per *Tiraquel. in retrac. l. ſi vnquam, C. de revoc. don. verb ſuſceperit, nn. 109 110. 112.* & ſequent. *fol. 245. Cranet. in conſ. 236. n. 3. & 4. Lucas de Pen. in l unica, de imp lucr. præſcr. lib. 10. col. pen. Iſer. in d conſt. in aliquibus, col. 13* poſt *verſ. quod ſi vult dare,* & ibi *Affl. n. 36 & 42. & in dec. 76. dec. 111. n. 10. & dec. 160. optimè, & dec. 162. n. 27. Capyc. deciſ. 158. poſt n 3. & 6. Caſan. in conſuet. Burgun. rub. 7. fol. 12. & 271. Gram. dec. 57. n. 19. 20. 21. 24.* & poſt *n. 41. 43. & dec. 101. n. 14. Petr. de Montefort.* vt per *Gram. in d. conſt. in aliquibus n. 18. 22.* & ibi quod ita ſeruatur, & *Alb. in conſ 92. vol. 2. Boer. dec. 62. nu. 6. & dec. 104 num. 12. & dec. 188* poſt *n 5. & dec. 3. n. 12. & Rota dec. 1. de conſuet. in nouis, in fi. et Dionc. Mari. relat per Marcell. Bon. in conſtit. in aliquibus, num. 5.*

9 Et ſtatutum excludens filiam à ſucceſſione, non excludit à legitima. *Gramat. in dec. 57. num. 22. et ſeq et Maricond. relat. per Marcell. Bon. ibid. n. 5. et Afflict. dec. 162. n. 7.* vbi dat cautelam, quod petatur legitima, & in omnibus locis hic ſupra allegatis. Et prædicta portio, ſiue paragium filiæ debitum per *conſtit. in aliquibus*, non poſſunt eſſe minus legitima, & aliquando vltra
10 legitimam vſque ad portionem virilem, vt pari nubat, vt in locis ſupra adductis, & allegatis, & per *Afflict in deciſ. 160. & Gramm dec. 57. n. 15. 19. 21. 40. 41. Iſer. in d. conſt. in aliquibus vbi Affl. nu. 30. & Dionc. Mari. relat. per Marcell. Bon. num. 6. 7. allegat Bald. in auth. res quæ, C. com de leg. & Alex. conſ 7. volum. 2. & Curt. ſen. in d. conſ 38. 39.* & ita pluries fuit iudicatum in Sac. Reg. Conſ. per *Affl. in dec. 160. Gram. dec. 101.*
11 *nu 43. & ſeq.* Onus hoc dotandi ſororem, per *conſtit. in aliquibus*, eſt onus hæreditarium iniunctum filio, tãquam æs alienum, voluit *Bar in l. filio in princ ff ad Trebell. & Bal. in l. vltra col. vltima, verſ. ſed pone, quod vnus, C de in. dot.* per tex quod ad hoc dicit ſingularẽ ſecundum vnam lect. in *l. frater filiæ ff. de vuiſt et eſt tex. in l. Papinianus, § ſi quis impubes, & ibi Anz ff. de inoffic. teſt. Capyc. in dec. 159. poſt n. 4. & Affl. in d. conſt. in aliquibus poſt Iſer. n. 42. Tiraq in repet. l. ſi vnquã, C. de revoc. don. ver. ſuſceperit, n. 114. fol. 247.* Et dictũ paragium debitum filiæ, dos ſine legitima augetur ex fructibus hereditatis, vt per *Boer. dec. 62. n. 2. 5. et Tiraq. in d repet. l. ſi vnquam, ver. ſuſceperit, n. 116. 247.* & debẽtur à tempore mortis patris, etiã ſi bona fide ſunt conſumpti, vt ibi per eum *verſ. reuertantur, nu. 270. f. 338. Gramm. dec. 57. n. 15. Affl. dec. 367. in fi. & deciſ. 75.*

Digitized by Google

& 3. licet contra videatur tenere *Afflict. dec.382.*

12 Filia agit ad dotem, siue paragium, vel legitimã conditione ex lege, & sic conditione *constit. Regni in aliquibus*, vt ibi per *Iser.col.6.* & optimè per *Affl.ibi n.34.& in dec.76. 159. & 162.nu.4. Gramm.in dec.57. post num 42.per l.fin.verbo postquam.in fine, C de pet.hared.* de qua per *Bart.in l.1.ff.de cond.ex lege, Alex.conf.55.volum.1.& 169. vol.7.n.5.*

13 Dos, & paragium per constit. filiæ debitam, quod in legitimæ locum succedit, vt supra firmauimus, statim, & incõtinẽti peti possunt, antequam nubat, nec refert an nupta fuerit, vel ad ætatem nubilem peruenerit, cum non ab extraneo, vel ex legato dotem capiat, omne onus à iure reijcitur, & nulla inest conditio, & purè debetur, vt supra fuit dictum in principio per doctrinã *Richar. Malumb.* quem refert, & sequitur *Io. And. in add. ad Spec. in rub. de Statu mon. col.3. Bal. et Salyc. in d.l. sancimus, C. de nupt. Aret. in § fuerat, insl. de actio. n.28. col.2. Alb. de Ros in l quoniam in prioribus, C. de inoff. test. Lucas de Pen. in l. unica, C. de impo. lucr. descr. lib.10. col. fin. & Angelus cons.209. Anchar. cons.323.* & optimè per *Alex. in cons.55. vol.2. n.10. vel 70. in cons. 134.19.21. vol.6. cons.13.nu.14. vol.3. & in cons.79. in fi vol.6. & in cons.169.n.5. vol.7. & Alex. cons.211.nu.78. vol.7. Alb. cons.62. vel 92. vol.2. Card. Paris. cons 36. vol.3. n.9. 11. et per totũ et Bal. in cons.419.420. vol.3. & Dec. in cons.87.n.2.250. col.1.331.nu.5.6. Iser. in d. constit col.13. in verbo quid si frater vult dotare, & ibi Affl. n.34.36.41.42. Ioan. Grill.* quem sequitur, & refert *Gramm. in d. consl. n.7.* Cum alias, si secus esset, & differetur in tẽpore matrimonij, posset sequi, quod filia moreretur ante matrimoniũ, vt contigit in casu nostro in ista fantula, & sic nihil transmitteret ad hæredem, & per consequens ex toto priuaretur legitima, quod est cõtra præsuppositum, quod tolli non possunt legitimæ, & esse absurdum: & iniquissimum, aureum dictum *Bald. in l. sancimus*, supra allegata, & sequitur *Ancharanus in consil. 323. & Alexander in dicto cons.211. num.5. volum.7. & Abbas in dicto cons.92 volum.2. post num.8. cons.119. vol.3.* Et de filia infante loquitur *Alexander in dd. allegatis communis, Anchar.*

14 *Abb.* & alij, & sic dos, & paragium debetur purè, & statim, vt supra, non expectata morte alicuius, quàm illius, de cuius hæreditate agitur, *Alex. cõs. 55 vol.2. n.10.* Et licet paragium pro dote designetur, per constit. ibi, quod debet maritare, illud est, quia frequẽtius mulieres virum quærant, quàm cælibem vitam ducant, vt per *Iser. in d. constit. in aliquibus, vbi supra, col.13.* & ibi *Affl. nu.36.40.41.42.* quod licet non maritetur, vel virum ducere nolit, statim dotem petere potest, per al-

15 legata. Verum *constit. Regni in aliquibus*, est facta in fauorẽ filiarum, prout ex verbis dictæ *constit.* ibi [consuetudinem prauam, & ibi successionem vsurpant, & ibi natura dignoscitur esse contrariũ, absque discretione sexus, tã masculos, quàm fœminas] & ibi [absque sexus discretione vocari] & per totum, & ibi *Petrus de Montefort.* quem refert, & sequitur *Gram. in num.21 & Marc. Bono. ibidem nu.9.* & ibi *Iser col.1.* & ibi *Affl.* est cõis opinio, vt ibi. Quare infantula hæc, licet per *consl.* masculus eam in successione præcedat, tamẽ

16 legitimã, seu portionẽ à statuto delatã, & sic paragium transmittit ad quoscunque, etiam quod dicta portio nõ sit adita, siue agnita etiam ad extraneos hæredes, & statim mortua esset, per *tex. in l. fratris, C. de iure delib. & l.1. C. ad Tertull. l cum antiquior, & l. et si inf. C. de iure deliber. & l quamque, & l. mit. C. ad leg. Falcid. l.11. §. si quis ex lib. ff. ad Tertull. l.1. C. de ijs. qui ant. aper. tabul.* voluerunt omnes vbique, nemo enim vnus contradicit, *Bartolus, Baldus. Corn. & cæteri omnes in dicta l si fratris. Alex. & Ias.* qui alios afferũt *in l. si infanti, C. de iure delib. & Bal. in d. l. cũ antiquioribus, vltima col. Baldus cons.419.420. vol.3. Card. Paris cons 36. vol.3. n.11.12.* & per totum, vsque ad finem, *Rom. cons.58.* & omnem dicit ipse *Alex. cons.20. per totum, vol.1.* vbi multis ostẽdit etiam id procedere in portione, quæ iure speciali ex statuto defertur, vt ibi latissimè, & *Pract. Papien. in forma libelli, quo pet. hared. ex test. ver. pure in stitut, nu.67.* Idem etiam si filia sit infans, prout est in præsenti casu, per *text. in l. si infanti, C. eod. tit. de iure deliber.* maximè ad parentes, vt ibi, & *text. in l.1. C. ad Tertull. & tex. l. apud hostes, C. de suis, & legit.* vbi *Bald.* quem referunt, & sequuntur *Fulgos. Alex. Ias. & alij in d. l. si infanti, & Pract. Papien. vbi supra, et Guliel. Benedict. in repet. c. Raynutius, de test. par.2. ver. mortuo testatore, col.2. n.127. f.125. & Corn. in cons.314. vol 4. nu.8. & Dec. in cons.87. n.2. & in cons. 304. n.1.* & copiosè in *cons.250. col.2. & 3. & 331. n.56. Tiraquell. in tract. de mort saisit. le.7. par.2. declar.5. num.21.22. & declar.16. num.3.* Ita seruant, & in particulari hæc nostra infantula transmisit suam dotem

legi-

legitimam, siue paragiũ, & ipsius exactionem ad matrem per prædicta, & affirmat *Bal. in d. l sancimus C. de nupt.* vbi *Salyc.* copiosè per *Dec. d. cons 87. nu. 2. & cons. 250. 331. n. 6. & Aret. d § fuer. instit. de act. n. 23. col. 2. Ancharan. d. cons. 323. Abb. d cons 92. vol. 2 per totum. & in fine*, & optimè *Bald. cons. 419. & 420 vol. 3. & Alexand. in dicto cons 55 vol. 2. nu 7 10. & in cons 134. nu. 19. 21. vol. 6. & in cons. 79. in fine, eodem volum. & in cons 169. n. 5. vol. 7. & in cons 211. n. 7. & 8. vol. 7. cons 13. vol. 3 post nu. 7 & n. 10.* & optimè per *Card. Paris. in dicto cons. 56. vol. 3 num. 1. 11. vsque ad finem, & Gramm. dicta decis. 57. num. 5. & est text. in cap. Regni emergentium, in fine*, ibi [mulieribus, aut hæredibus] per quod videtur Imperator tollere hoc dubium, & quæ hæres etiam possit petere paragium, ita per *Grammat. vbi supra decis. 57. num. 5. Affl. in dicta decis. 76.*

27 Et si diceretur, quòd iste casus sit omissus à statuto, scilicet à cõsti *Regni in aliquibus*, & sic relinquitur dispositioni iuris communis, *l. si cum dotem, in princ ff. sol. matrim. l. commodissimè ff. de lib & posthum. l. si extraneus. ff. de cond. ob causam*, & per *Alexand. in dicto cons. 55. post nu 7 & vol. 2. & d. cons. 13. col. 3. n. 1. & d. cons 134. n. 19. vol. 6.* Adhuc dicendum est, huic infantulæ legitimam deberi, & eam transmittere ad hæredes.

Et *Diomed. Mariconda* relatus per *Marc. Bon. n. 6. & 7. alleg. Bald. in authent. res quæ, C. commun. de legat. vbi Ias. & Alex. cons 7. vol. 2. & Curt sen. in d. cons. 38. 39.* & ita pluries fuit iudicatum in Sacro Regio Cons. & per *Affl. in d. dec 160. & Gram. decis. 101.*
28 *nu. 43. & seq* Onus hoc dotandi sororem, per *const. in aliquibus*, est onus hæreditarũ, iniunctum filio tamquam æs alienum, voluit *Bart in l. à filia, ff. ad Trebell. in princ. & Bal. in l. vltima col. vlt. vers. sed pone. C. de iure dot.* per tex. quem ad hoc dicit singularem, secundum vnam lecturam in *l. frater filiæ, in l. Papinianus, § si quis in pub. & ibi Ang. ff. de inoff. testam. Capyc. d. dec. 158. post nu. 4. & Affl in d. const in aliquibus, post Iser. ibi n. 42 Tiraq. in repet. l. si vnquam, C. de revoc. donat. vers. suscep. nu. 114. f. 247.*

Quare ex prædictis firmatur, matrem succedere, & hæredem esse infantulæ filiæ prædefunctæ in tota legitima, dote, & paragio prædicto, eidem debitæ, ascendente
29 ad sextam partẽ totius vniuersæ hæreditatis; excluso fratre cõsanguineo, eius priuigno, qui ad successionẽ sororis nõ concurrit, cum non sit vtrinque coniunctus, Imperatores statuerunt, in *auth defuncto. C. ad Tertull. vbi Bal. n. 8 2 in auth. vnde sumitur. de hered. ab intest § si igitur, et §. si verò, & in auth vt fructuum hîc. §. 1. & in dictis locis per Bald. & Alex. in cons. 79 n. 4 vol. 6. Card. Paris. consil 59 num. 35. volum. 3.*

Aret. inst. ad Senatusconsul. Tertull §. præferuntur, post nu. 2. & Roffred. Beneuent noster, I. C. profundissimæ doctrinæ in tit. de Senatusc. Tert. n. 2. Boer. dec. 185. n. 1. 2. quia in d. dec. & l. fit mẽtio tantũ de fratribus ex vtroq; parẽte coniunctis, & sic habet locum lex, quę si in vno casu permittat, in alijs vetat, *l. cum prætor ff. de ind. vbi bona gl. & l. mari. C. de procur. & l. cũ ita legatũ, ff. de cõd. et demonst.* & ita tenendũ, & concludendum est absq; dubio, *Alex Abb. et Anch. Paris in cõsilys* supra allegatis, mater non in bonis filiæ habet legitimã, vt est *tex. in auth. Presbyteros C. de Epis. et cler.* sumpta ex corpore *de Sanctiss. Episc. § si Presbyteros autẽ, Affl. dec. 310. n. 2. & dec. 367. n. 4.* vsq; ad finẽ. & *dec. 36. nu 1. 2. 3. est tex in d. c. Raynutius de test. §. cũ autẽ et Roffr. de Senatusc. Tert. in princ. & l. 1. C. eod. tit.* Allegata in contrarium, dicimus nõ obstare, & cõtra *Paul. de Cast. in d. l. Titio in § Titio gen. de cond. et demonst.* oẽs DD. affirmant, vt supra fuit cõclusum, nec *Alber. Brun. in tract. præfato, art 11. q. 3. & 9.* si bene inspiciatur, nõ contradicit in materia *const. in aliquib.* & præsentis causæ, & licet cõtradiceret, videmus cõem omnium DD. opinionẽ esse cõtra ipsum. & in fauorẽ nostræ infantulæ, vt supra firmauimus *Ias verò in d. l. si quando § generaliter, C. de inoff. test in fi.* loquitur in casu diuerso, in statuto existentibus agnatis, mater sit excluſa à successione filiæ, quod videtur tunc mater excluſa ẽt à legitima, cum sit diuersa ratio in legitima ascendẽtium, & filiorũ, quæ per statutũ nõ possunt tolli, vt
20 supra fuit conclusum, matri enim, & alijs ascendentibus non debetur legitima iure naturali. *l. nam & parentibus, ff. de inoff. test. Alex. in cons. 3. vol. 7. n. 10. post Paul. de Cast.* & est communis opinio, vt ibi. & statura possunt tollere legitimam debitã matri, vt ibi *num 9. & 10. & Ripa resp 7. de leg. & Longe. consuet* & ita loquitur etiã *Alex in cons 64. vol 4.* ex aduerso allegata, quia est *cons. 3. vol. 7.* supra per nos adductũ, & cõcordat cum *Ias.* & resolutur vt supra. Et propterea in præsenti causa hodie tenendum est, vt supra in fauorem matris firmauimus, pro re indubia, & ita fuit pluries in S. R. C. iudicatum. Saluo, &c. Neap. 15. mensis Aug. 1564.

Scipio Bilotta.

ADDITIO.

21 NVm. 3. Statutum prohibens aſcendentes diſponere, niſi de certa quãtitate (prout eſt ſtatutum Beneuentanum, *tit. de dotis reſtitutione, §. mulier autem*, quo cauetur mulieres decedentes cum filijs, non poſſe de ſuis dotibus diſponere, niſi de decima parte bonorum, ſine filijs verò de medietate. Vnde redditur eius diſpoſitio cõformis conſuet. Neap. incip. *Si qua moriens*) dicitur augere legitimã ad fauorem filiorũ, prout ex *Soc. conſ. 84. n. 9. lib. 1.* fundauit *Dominus Io. Camillus Maſcãbrunus*, Patricius Beneuẽtanus, antiquæ ſeſſionis, I. C. profundiſſimę doctrinæ, & facundiæ, in Romana Curia cauſarũ Patronus longè ſpectatiſſimus, & inter primarios celeberrimus, ſacręq; Aulę Cõſiſt. Aduocatus, & affinis meus, in ſuis doctiſſimis allegationibus, editis ad intellectum dicti ſtatuti Beneuentani, in cauſa illorum de Iameo, & Colle, quas mm. ss, habeo.

Num. 16. Dos de paragio an tranſmittatur ante nubilẽ ætatem, *Præſ. de Franch. deciſ. 618. & D. genitor in concluſ. fend. 84.*

22 Num. 20. Legitima aſcendentium quanta ſit, idem *de Franch. in deciſ. 63.* & nouiſſimè *Reg. Ronit. in deciſ. 22.*

Octauius Bilocta.

Sequuntur aliorum Doctorum reſponſa in præſenti cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Paragium dicitur portio filiæ in bonis patris, & loco legitimæ eſt.*

2 *Quod in locum certæ rei ſubrogatur, ſapit de illius natura.*

Non opus eſt argumẽto.

CONSILIVM XIII.

VIſa caſus poſitione, cõcluſinè reſpondendo, dico, matrem dictæ puellæ in eius paragio ſolam ſuccedere, & hoc eſſe iuris apertiſſimi, ſecundũ di-
2 ſpoſitionẽ *conſ. Regni*, cũ iſtud paragium cenſeatur portio filiæ in bonis patris, vt firmat *Cynus in l. fancimus, col. 2. verſ. ex hoc euincitur, C. de nupt.* vbi dicit, q̃ dos de paragio, vel ſecundũ facultates, cenſetur pars filiæ in bonis, & q̃ debet ſtatim adita hæreditate, & ab ea tollitur omnis mora, & omne grauamen; & licet in ſtatuto, vel cõſuetudine de amotione moræ, vel grauaminis nõ dicatur, hoc tã ſuppletur per *l. quoniã in prioribus*, cũ iura cõia determinent, & ſuppleãt iura municipalia, *l. ſi ſeruus veſtri ff. de noxal. & lege vt gradatim §. & ſi lege, ff. de muneribus.* Idem per eaſdem rationes firmat *Alber. in d. l. quoniã in prioribus. col. fin. verſ. ad propoſitũ redeundo, C. de inoff. teſt.* Idem vult *Imol. in l. Titio centum, §. Titio genero, col. fin. verſ. adde in quantum, ff. de cond. & demonſtr. Luc de Pen. in l. 1. col. fin. verſ. pro declaratione autẽ, C. de impo. lucr. deſcript. lib. 10. & Io. Grillus in conſil. in aliquibus, in additione, in verb. et reprobatur, n. 7.* Et q̃ dicta dos de paragio ſuccedat loco legitimæ, tenet *And. in conſil. in aliquibus, in verb. quintum decimum, col. 14. Aff. ibi not. 5. q. 4 col. 4. Soc. conſ. 25. Dominus Franciſcus Sindicus, n. 22. vol. 1. Dec. conſ. 106. pro tenui facultate mea, 1. par. Soc. iunior conſ. 79. viſo puncto, n. 44. vol. 3. & conſ. 104. viſo themate, num. 17. vol. 2. Marcus Mantua conſ. 54 viſis ſcripturis, n. 39. & conſ. 105. in præſenti cauſa, n. 3. 1. vol.* Idem tenet *Nap. d. in conſuet. ſi moriatur aliquis, in gloſ. in verbo ſuccedunt, col. 1.* vbi dicit, q̃ paragium videtur ſubrogatum loco ſucceſſionis, ſeu debiti iure naturæ, & idẽ dicit in *glo. in verbo tenentur.* Et cum habeamus claram diſpoſitionem *Doct. Regni* q̃ dos ſuccedat loco legitimę, ſtruſtra eſt diſputandum, & cum ſit loco
3 legitimæ, & ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. vnica, §. ſed et ſi, & §. omnes, C. de rei vxor. actio. Bald. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ. & l. ſi cum iudicio, §. iniuriarum, ff. ſi quis caut.* Eſt enim dictũ paragium dos; quæ, ſecundum *Cynum*, & *Alber.* debetur ſtatim adita hæreditate, & ſicut à legitima auferetur oẽ grauamen, & debetur purè, *d. l. quoniam in prioribus, Alex. in l. in quartã, n. 13. prope fin. ff. ad leg. Falcid. Ripa in l. Aliofam. §. 1. dini. n. 27. & ſeq. ff. de leg. 1. Aff. dec. 38. & 162.* ita etiã detrahitur de paragio, ita vt trãſmittatur ad hæredes, *Bald. in l. generaliter, col. pen. C. de Epiſc. & cler. Dec. in l. ſi pater, prope fin. C. de inſt. & ſubſtit. Bal. in d. l. ſancimus, verſ. quæritur hic Cynus, Soc. conſ. 9. n. 32. lib. 1. & 288. nu. 27. lib. 2. & 127. nu. 5. & 6. lib. 4.* Immò ſicut fructus augent legitimã, ſic debet augere paragium, vt firmat *Fabian. de Gioccb. in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſt. q. 7. Card. Zabarella conſ. 80. præſuppoſito ſtatu, in ſi. & Ripa in l. 1. in fideicommiſſariam, n. 46. ff. ad Trebell.* & ipſa mater, vt dixi, ſuccedit excluſo fratre conſanguineo,

per

per tex. in auth. defuncto. C. ad Tertull. & ibi Bald. Salyc. & alij, quicquid dicatur in l. si quis, eod. tit. quia illa lex est correcta, vt dicunt Doct. in d. auth. de defuncto.

Lucas Antonius Petreconus.

SVMMARIVM.

1 *Paragium in Regno est loco legitimæ, & n. 4. & debetur etiam non sequutis nuptijs, & mater in eo succedit & nu. 2.*

3 *Paragium aliquando ascendit ad portionem virilem.*

Argumento non indiget.

CONSILIVM XIV.

1 QVoniam in Regno paragium filiarum est loco legitimæ, & illius naturã habet, vt testatur *Iser. et Afflict. in constit. in aliquibus*, itaque prout in legitima dicimus, omne onus, & conditio reijcitur, & proinde etiam non sequutis nuptijs, debetur, ideoque mater succedit filiæ in paragio prædicto, excluso prætigno, qui ex vno latere tantum erat con-
2 iunctus filiæ, vt est casus ad litterã in *auth. de hered. ab intest. §. & consequens correctæ l. si quis, in princ. C. ad Tertull.* ita in iuriduo determinauit *Bal in authent. defuncto, col. 2. ver. iuxta illa, ver quarit, C. eodem tit. & ibidem Salyc. in princ.*

M. Antonius Floccarus.

HÆc infantula habuit matrem hæredem in toto asse, & illi sola successit, excluso fratre consanguineo, qui ad successionem sororis nõ concurrit: cum non sit vtrinque coniunctus. Imperatores in legibus, codicis, & Imperialibus institutionibus ipsorũ statuerunt, & interpretes apertius claruerunt: Lex scripta est, eam sequi oportet. Nec refert an nupta fuerit, vel ad ætatem nubilem peruenerit, cũ non ab extraneo, vel ex legato dotem capiat, nulla inest conditio, purè debetur, & omne onus à iure reijcitur. Legitima est, quæ etiam ex Regni canone debetur, & licet pro dote designetur, illud est, quia frequentius mulieres virum quærunt, quã celibem vitam ducant: porrò etiã cum à fratribus excluditur, quandoque in maritanda paragium datur, aliquãdo vsque ad
3 portionem virilem, vt pari nubat. Sæpè in sacro Senatu, & me etiam referente iudicatum, et si vocula tantum emiserit, si tempore congruo nata est, nisi consuetudo, aut partium consuetudini repugnet, habet tam ex testamento, quàm ab intestato in hoc iure hæredem, & tam à consanguineis, quàm alijs vẽdicatum, & exactum, me quoque confirmante, quod hodie pro re indubia sequendum est. Neap. 10. mensis Octobris 1564.

Marinus Freccia.

MAgistralis est distinctio *Alexandri in cons. 13. in 2. dubio, lib. 3.* vbi licet in aliquo casu suæ distinctionis videatur inferri contra matrem, hanc attamen constituit. in aliquibus, credo aliter procederet, quàm statuto suo; est enim illa dos
4 destinata per constitutionem loco legitimæ, vt ibi pluries firmat *Isernia*, quæ indistinctè trãsmittitur; quare credo omnino matrem successuram, & ita defenderem, si casus mihi occurreret.

Marcellus de Mauro.

SVMMARIVM.

1 *Maced Senatusconf. prospexit filijs ne are alieno grauati, genitoris vita insidiarentur.*

2 *In debito contracto ex causa vrgenti, veluti alimentorum cessat Senatusconf.*

3 *Cessat similiter in filiosam solito negotiari, & restituere pecunias mutuo ceptas.*

4 *Bona à matre peruenta, proprium filiæ patrimonium dicuntur, & in eius dispositione patris consensus non requiritur, ex consuetud. Neap.*

5 *Fil. famil in bonis à materna linea peruentis, adhuc patre viuo, reputantur patr. fam. & liberã habẽt in ijs dispositionem.*

6 *Senatusconf. Macedon. cessat in peculio castrensi, & quasi.*

7 *In dubio filiusfam. censetur recepisse mutuo pecuniam in causam castrens. peculij.*

8 *Scientia patris in contractu filij, operatur ac consensus ad validandam obligationẽ.*

9 *Mulier nubendo efficitur sui iuris per consuetud. Neap.*

10 *Arbitri in iudicando possunt moueri ex garritu auium.*

11 *Expensa in lite erogata debentur, etiam ea non terminata.*

12 *Consensus paternus à pragm. requisitus in obligatione fil. famil. requiritur propter validitatem actus, & n. 13. & 17. valde*

Digitized by Google

roboratur assumptum, n. 19. quid de iure communi, n. 14.

15 *In casibus à statuto emissis, standum est iuri communi, & n. 40.*

16 *Consensus à prag. requisitus, debet intervenire in ipso actu obligationis.*

18 *Prag. 1. ad Maced. comprehendit Clericos.*

20 *Patris consensus, in dubio, censetur requisitus ad nat grandam filij personam.*

21 *In obligatione à filio facta in beneficium patris, requiritur Iudicis decretū ad cautelam, & hanc opinionem docendo tradiderunt multi DD. idem decid ndo, n. 22. & consulendo n. 23. & contrariæ opinionis sectatores enuntiantur, n 35.*

24 *Metus reuerentialis præsumitur in omni contractu gesto inter patrem, et filium.*

25 *Metus reuerentialis, iuncta læsione, sufficit ad annullandum actum.*

26 *Fil. famil. de iure communi possunt fideiubere, & se obligare pro patre absque Senatuscons. beneficio, & id quomodo procedat respectu minoris, nu. 27 & prag. 1. ad Macedon. non videtur corrigere ius commune circa hoc, & n 28.*

29 *Consensus paternus non valet præstari in patris beneficium.*

30 *Authoritas & consensus in quod differant, rem ff. uè.*

31 *Consensus à statuto requisitus, potest adhiberi ad consentientis commodum.*

32 *Statuti verba debent stricte, & proprie intelligi.*

33 *Consensus à prag requiritur principaliter pro identitate creditorum.*

34 *Fil. famil. in hoc Regno potius usi sunt remedio l. 2. ff. & C. quod cum eo, quàm pragmat. 1. ad Maced.*

36 *De iure communi expresè est sancitum, consensum paternum in obligatione requiri etiam quod agatur de ipsius patris interesse.*

37 *Textus in l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. expenditur.*

38 *Scientia patris, facit cessare Senatuscons. Macedoniani beneficium. sicuti cõsensus.*

39 *Consensus paternus in obligatione filij, de iure communi potest precedere, & subsequi.*

41 *Pragm. 1. ad Maced. in quibus corrigat ius commune.*

42 *Statutum correctorium iuris communis debet interpretari vt quanto minus fieri potest, ledat illud.*

43 *Lex noua, inducens nouum remedium simile l. veteri, censetur illud inducere secundum remed. l. veteris.*

ARGVMENTVM.

Senatusconſ. Maced. in quibus caſibus ceſſet. Contractus factus à filio famil. cum conſenſu patris, in eiuſdem patris beneficium, an ſit validus abſque decreto Iudicis, ad intellect. pragmaticæ Regni ad Macedon.

CONSILIVM XV.

Dei omnipotentis inuocato ſuffragio.

PRætabam in hac cauſa non vti his ſcriptis, ſed ſatis ſufficere quaſi tot ſapientum verbis aures obtundiſſe, ſed vt morem geram clienti, hæc iuſtè repoſcenti, meminiſſe iuuabit exceptionem Macedoniani nõ habere locum, & illa tuta, aut ſuffulta, conuenta rectè fuiſſe condẽnata, quia ſi reſpiciamus, quod ideo Senatus proſpexit, ne ſæpè onerati fil. fam. ære alieno creditarum pecuniarũ, quas in luxuriã conſumebant, vitæ parentum inſidiarentur, *§. pen. inſtit. quod cum eo*, nõ militare in muliere illa matrona, quia nõ ita neque tam magna moles æris alieni eſt, quod à cognato fiducia, mutuo exquireret patris ſui curam, quod abſit, inuidia verbo, ad hanc arcem redactus erat, vt neque ſibi, nedum filijs victum, neque veſtitum parare potuiſſet, quo fit, ſi filia hæc in ijs, quæ patris ſui oneri recumbebant, mutuo receperit, *Zenodorus ait in l. 2. C. ad Maced.* ceſſare exceptionem, non exceſſit probabilem modũ in mutua pecunia ad duc. 53. 64. ad quãtitatem hanc, vel quam ſubminiſtrare ſolebat, vel debebat, ceſſat Senatuſconſulta *tex. iuncta gl. in l. ſed Iulianus, §. proinde, nerſ. quod dicitur, ff. ad Maced.*

Ceſſat

Cessat insuper, quia conuenta quod ab filio recipiebat, soluebat, *ead. l. §. fin. vers. hoc amplius*, & ostenduntur in ijs plurimæ tũ solutiones ante hoc mutuum, vltra in processu productas, & non vanam simplicitatem, hic, quia cognatus erat, videbat quia conuenta sic agebat, sic cõtrahebat;
3 quo casu cessat Senatusconsulti dispositio *l. 3. ff. eod.* Sed quod mihi magis mouet, est, quod hoc tempore contracti mutui conuenta habebat suum proprium patrimonium, vt ita dicam, extirpatum à tot possessoribus status quondã matris suæ, ab hoc cognato suo, & creditoribus, quod vtique proprium patrimoniũ suum
4 erat, dicit *tex. in l. Pomponius Pladelphus, ff. famil. hercisc.* & in eo nulla patris requiritur authoritas, aut cõsensus, vt disposuit *consuet. Neap. in tit. de fil. famil. volent. testar. incip. Filiusfamil. & filiasfamil. fol. mihi 45.* in qua cauetur, quod in bonis istis à matre venientibus, vel ex linea materna te-
5 stari possit, ac si paterfamil. essent filij, & hoc procedit nedum in vltima volũtate, sed in contractibus, vt ibi eadem ratione intelligit *Napod. in glo. in verbo testari, vers. sed quæro, nu. 16.* Ex quibus infero, quod quemadmodum in peculio castrensi, vel quasi, cessat Senatusconsultum quia in his vicem patr. famil. funguntur filij, *l. 1. ff. eod. & tex.*
6 *in l. 1. in fi. ff. eod.* dicit, quod in Senatusconsulto non attenditur dignitas filij, nisi castrense peculium habeat, quia tunc cessat, verba sunt *I. C. in final. verbis illius l. pœna.*

Dum igitur iure municipali est statutũ, quod filijfamilias habeant liberã dispositionẽ peculij aduentitij, tam inter viuos, quàm in cõtractibus erga, &c. Et ex hoc aliud corollariè infertur, quod nisi sciamus in quam causam mutuo pecuniam
7 filiusfam. recipiat, certè in causam peculij castrensis, vel quasi, in dubio erit præsumendum, *l. fin. §. fin. C. ad Macedon.* ibi [ex præsumptione iuris, &c.] vnde fit, quod ille tex. decidat duo in casu nostro, quod quamuis non sit probatum mutuum-duc. 64. in quã causam conuertit conuenta, præsumitur inquam in causa sui peculij aduentitij id fecisse; & tunc cessat exceptio cum in ijs, & vsque ad quantitatem illius patrumfamil. vices funguntur, dicit *tex. in d. l. 2. ff. eod.*

Fundatur etiam ex scripturis productis procurationum, quas faciebat conuenta modò in personam sui patris, modò, quia fortè de patre non confidebat, in personam huius sui cognati ad emendũ introitus illius sui peculij recuperati, ita quod pater permittebat sibi contrahere, distrahere, emere, & soluere, non vetabat. Quare non dicamus adesse consensum, si videmus, quod non dissentit? sola enim
8 scientia sufficit, & nõ requiritur expressus consensus, vt probãt duo iura in *l. si tamen scienti, & in l. si permittente ff. & C. ad Maced.* vt tunc cessat exceptio, & hic consensus signis etiam exterioribus demonstratur; vt puta si agendo pater, duxit Aduocatũ; vel in cõtrahendo, inuenit Notarium, aut testes, *Cassan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 1. n. 11.* vel si patre sciente, & patiẽte, solitus esset filius fam. negotiari, vt hic, tunc etiã similiter præsumitur patris cõsensus, vt tenet *Anchar. in cons. 62. notina. Alex. in cons. 120. vol. 5.* immò, quod plus est, præsumitur habere mandatum à patre, *Affl. dec. 308. n. 5.* Hic pater hodie præsens est, vobis fortè non malum hæc omnia ab eo scrutari, & veritatẽ reperietis, quia satis vltra decẽnium seorsum ab eo, & ditione sua habitabat, & vt materfamilias se gerebat, & quia ei necessaria victus, & vestitus non subministrabat congruentius, fuit ab hoc cognato mutuo recipere, quã ab extraneis, & modestius fuit quin facta sui iuris nubendo viro suo, agnouit debitum hoc, in iudicio examinata, obtulit se solutura-
9 Vnde fit, quod eoipso, quod nupta, est effecta sui iuris, alia lege municipali, incip. *sed & mulier. fol. 46.* cessat & alia via Senatusconsulti *d. l. 2. C. eod.* quia inter quinque casus enumeratos, est iste, quãdo sui iuris effectus filiusfamilias debitum agnouit. Quare, ni fallor, ego vnà cum alijs DD. Collegis, pari voto bene decidimus, cessare exceptionem Senatusconsulti, quod si non iustis legibus, & rationibus visum fuisset; sed si ex garritu auium, vt ita dixerim, motum animi nostri præcepimus, adhuc puto rectè pronunciatum, nã dixit
10 *Iason cons 88. 1. vol.* posse moueri arbitros ex garritu auium, & dixit *Bald. in rubr. de constr. inuest.* quod ex pluribus sugestionibus partium, & argumentis Iudex deuenit ad vnum animi finalem præceptum, vnde moueri possit ad iudicandum, pro quo adduco tex. in terminis in *cap. præterea, extra de testibus*, ibi [circumspectus Iudex, &c.]

Circa secundum, de expensis erogatis in lite sui paragij, nullam video posse fieri certè probabilem difficultatem, namus D. Alonsus egit illam litem ita D. conuentæ proficuam, quod obtinuit vti suus
11 procurator; iura sunt ad hoc aperta in *l. etiam si contrariam, & in l. si contra, C. mandati,*

dati, vbi plus dicit, & si finem liti non impoſuit, adhuc ſumptus repetit, & per hoc demonſtratur, quod non eſt cauſa communis, &c.

Scipio Bilotta.

ADDITIO.

MAxima eſt inter Doctores Regni controuerſia, num ſtante *pragmat. vnica. ad Maced.* quæ, inter alia, prohibet obligationes filiorum capi abſque conſenſu eorũ patrum; an ſi filius ſe obliget, & fideiubeat pro patre cum illius cõſenſu, valeat obligatio, & an pater in tali caſu poſſit in eiusmet beneficiũ authorare, vel non, & requiratur decretum Iudicis; & adeo nodoſa viſa fuit hæc quæſtio ob Doctorum contrarietatem, ac rerum per hæc ſuprema tribunalia iudicatarum diuerſitatem, vt meritiſſimus Præſ. Sac. Cõſ. Dominus Petrus Iordanus Vrſinus, vir nunquam ſatis laudatus, decreuerit hanc quæſtionem examinare iunctis Dominis Conſiliarijs omnium aularum ad veritatẽ indagandam, & edictalem deciſionem publico beneficio promulgandam, prout ſolet facere S. C. in arduis articulis, vt apud *Thor. in 2. par. compendij deciſ. fol.* 189. *col.* 1. *& proprie* 192. Et pro negatiua opinione, quod ſcilicet talis obligatio ad beneficium patris, eiuſdem conſenſu roborata, ſit inualida, & ad eius validitatem requiratur decretum Iudicis, diſertiſſimè ſcripſit inſignis I. C. & Primarius Aduocatus D. Lælius Gizzius his medijs, nẽpe,

12 Quia conſenſum patris à pragmatica requiſitum, non requiritur propter patris præiudicium, ſed pro actus ſolemnitate, ad integrandam perſonam filij, & ex hoc nullo modo poteſt pater ſibimet authorari; quod ex his concluſionibus id fundare intendit.

Primo enim ex verisimili mẽte ſtatuen-

13 tium, cũ hæc prag. principaliter reſpexit filiorum commodum, & publicam vtilitatem, & non patris præiudicium, & ideo cõſenſus paternus ab ea requiſitus ad integrandam filij perſonam, dicitur ſubrogatus, vt *Gramm. deciſ.* 12. *n.* 16. *Frec. de præſent. inſtrum. p.* 9. *q.* 8. *n.* 37. cum alijs cumulatis per *Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1. *c.* 6. *n.* 39. *de Marinis quotid. reſol. c.* 144. *n.* 18. *et c.* 145. *nn.* 15. *&* 16. *Hodierna ad Surd. dec.* 53. *nn.* 5. *P. Molfeſ. cõſ.* 4. *n.* 25. *&* *Reg. Rouit. in d. prag.* 8. 53. qui adducit *Cancer.* in conſimili ſtatuto, *lib.* 2 *c.* 1. *n.* 7. *&* 68. *var. reſol. Caccial. ad Crot. conſ.* 135. *lib.* 1. idemq; in conſimili ſtatuto Florentino determinat *Soc. tõſ.* 23. *nu.* 18. *lib.* 4. *&* *Carpan. ad ſtat. Mediol. c.* 416. *n.* 44. *&* 140.

14 Et ad roborandam hanc opinionem mihi videtur optima *deciſ. tex. in l. filium habeo* 16. *ff. ad Maced.* vbi pater, qui eſt in poteſtate patris ſui, non validat ſuo conſenſu obligationem filij; ergo conſenſus eſt authoritatiuus de iure communi, & dum hoc ſtatutum aliter ſuper hoc non

15 diſpoſuit, ſtandum erit iuri cõmuni, vt ex *l. ſi cum dotem, ff ſol. matr. et ex l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſthum. not. Præſ. de Franch. dec.* 489. *n.* 21. *&* *Bellon. deciſ. Gen.* 5. *n.* 12.

16 Præterea ſi talis cõſenſus requireretur pro patris intereſſe, poſſet præcedere, & ſubſequi, vt not. *Ant. Gab. conſ.* 2. *n.* 1. *lib.* 1. & hæc prag. requirit præſentiam in ipſo actu, & non adimpletur, ſi præcedat, aut ſubſequatur, vt ibi not. *Caranit. ſ.* 10. *n.* 14. *&* 20. *&* *ſ.* 17. *n.* 14. *&* *Reg. Ron. ibid. n.* 11. vbi ſic refert deciſum, idẽq; tradit *Nouar. ſuper prag collect.* 208. *n.* 6. *Hodierna ad Surd. dec.* 53. *n.* 6. & latè *Paſchal. vbi ſupra c.* 6. *p.* 1. *nu.* 27. *&* 30. *Franc. Molina de ritu nupt. lib.* 2. *diff.* 11. *nn.* 33. *verſ. huic ſimile*, & ſic videtur conſenſum requiri ad validitatem actus,

17 & integrandã filij perſonam, vt conſuluit *Corn. conſ.* 242. *n.* 2. *lib.* 4. *&* *Gabriel d. conſ.* 2. *n.* 2 *lib.* 1. *Bologn. conſ.* 44. *Chriſtofar. Marti. deciſ.* 24. *nn.* 36. *&* *Cancer. d. c.* 1. *lib.* 2. *variar. reſol. n.* 113.

Rurſus, ſi talis conſenſus requireretur pro intereſſe patris, pragm. prædicta non comprehẽderet Clericos, quia in illorum bonis pater non habet vllum ius, vt ibidẽ *Caran. ſ.* 9. *nn.* 14 *&* 16 ſed communi DD.

18 calculo, contra Caranitã eſt receptum, quod d. prag. comprehendat Clericos, vt probant *Granin. de præſent. inſtrum. p.* 3. *declar.* 17. *n.* 38. *Borrell. de compromiſſ. ſ.* 1. *gl.* 3. *n.* 258. *Reg. Rouit. in d. pragmat. n.* 49. *Paſchal. d. cap.* 6. *num.* 39. *in fi.* & de conſimili ſtatuto *Carpan. ad ſtatut. Mediol. c.* 416. *n.* 6. qui multos adducit, & ſic fuit deciſum per Rotã Romanam apud *Caualer. deciſ.* 442. *in fi.*

Roboratur hoc argumentum, quia hęc prag. requirit expreſsũ conſenſum, & non eſt contenta de tacito, quo caſu talis cõſenſus dicitur authoritatiuus ad integrãdam perſonam, vt not. *Reg. de Ponte conſ.* 160. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 2. Roboratur ſecundo, quia ſemper quod requiritur conſenſus maioris, dicitur requiri ad authorandum, vt tradit *Soc. conſ.* 23. *num.* 21. *lib.* 4. *&* *Mieres de maior. p.* 4. *q.* 2. *n.* 30. *to.* 2. Dum igitur hæc prag. requirit conſenſum patris, qui eſt maior filio, ergo ad authorandum

requi-

requirit. Roboratur tertio, quia quando statutum requirit consensum patris, eoq; non interueniente, annullat actum, certè talis consensus censetur requisitus ad integrandam personam filij, vt notat idem *Soccin.in d.cons.23.n.22.lib.4.* Roboratur quarto, quia consensus adhibitus iure patriæ potestatis, dicitur authoritas, quæ in eiusdem authorantis beneficiũ interponi non valet, vt concludit *Bal.cons.289. quæstio ista, nn.1. vers.quod autem, lib 3. & cons. 290. eod.lib.3.* Roboratur quinto, nam DD. tradunt, quod stante statuto prohibente filio, absque patris cõsensu, quemlibet contractum, si filius facit donationem patri, cum eius consensu, adeo talis donatio est inualida, quia pater nõ potest in causa propria authoritatẽ interponere, ergo consensus requiritur ad authorãdum personam filij, & hoc notat *Menoch. cons.344.nn.19.lib.4. Decian.cons.57.nn.30. lib.1. Gratianus discept.c.781. num 36.lib.4.* & cumulat *Hodier.ad Surdum dicta dec.53.* Roboratur sexto, quia attẽta iuris communis dispositione, filius nõ potest, absq; patris consensu, causa mortis donare; & talis consensus non validat donationem si quando fit in ciusdem patris beneficium: ergo requiritur ad authorandum, ex notatis per *Paschal.de patr.potest.pat.1.cap.6.*
20 *nn.111. & 113.* Et quod in dubio patris consensus censeatur requisitus ad integrandam filij personã voluit *Corn.cons.242. libro 4.* & cumulat *Cutellus in tract.de donat. tractatu 1.discurs.1. partic,unica, num.255. fol.52.*

Ex qua conclusione, vt supra firmata, quod scilicet talis cõsensus à pragmatica requisitus, sit ad actus solemnitatẽ, & ad filij personam integrãdam subrogatus, sequitur altera cõclusio, quod scilicet talis consensus non sit habilis ad validandam obligationem à filio factam ad eiusdem patris beneficium, sed in ea requiratur
21 Iudicis decretum pro cautela.

Et hanc opinionem docendo firmauit *Guliel. de Benedict. in c.Raynutius, vers.duas habens filias n.256. Alciat.reg.1.præsumpt.2. num.5. versic. contra supradicta tamen facit, Ascan. Clemens de effect. patr. potest. cap.6. effectu 10.n.6. Brun.de statut.exclud.femin. 2.par.in fi. Pyrrus Manr. Aret.de fideiussor. par.2 princ. tit.1. sect.8. cas.1.limit.1.nn.24. f.345. Heringius de fideiussoribus,c.7 n.347. Cencius de censibus,p.1.c.2.ar.2.n.13. Duard. de censibus,tom.1.§.1.q.19.n.23. Mar.Cutell. de donat.contempl.matrim. c.1.n.171. fol.55. doctissimus nostræ tempestatis inuenis*

Donatus Ant.de Marinis quotid.resol.c.144. n.18. & c.145.n.15.& 16. Galter.de liquid. instrum. vers aduertat ad debitorem, num.53. & 55. Virgil.de Boccacijs in const. Marchiæ, glos.3 nn.35.39.& 40.Consiliarius Paschalis de patr.potest. lib.1.c.6 n.39.versic.& ideo. Reg.Ronitus in dicta pragmat.num.48.Caldas in l.si curatorem habens, verbo contractum fecisti, sub num.45.vers.ex quibus. Carpan.ad Statuta Mediolan.d.cap.416.n.84 85.& 140. Gratianus discept.forens.lib.4.c.781. num.28. Cancer. variarum resol.lib.2.c.1.n.67. Bertaz. de clausul. glo.11.clausul.7.nn.8.& 9. Card. Tusc.pract.concluf. verb.ambitari,cõcl.565. n.5.Tiraq.de ll.connub glos.8.n.122.

22 Hanc eandem opinionem decidendo sunt sequuti *Rota Romana decis.18.nn 9.& decis.20.num.12. in collectis per Cencium,& Duard. post tract. de censibus, & in decis.59. nn.9.& 10.& dec.60.num.3.& 9. recollectis per Pic. ad statut. Vrbis, post tract.de contractibus, & in recollect. per Farinacium tom.1. decis.153.n.7. & decis.177. & dec.580.n.3. & tom.2.decis.218.nn.7. Mastrill.decis.180. num.22.lib.2. de Leo decis.94.n.4.& 5.lib.1. Musæ decis.94. Canalcan. decis.31. num.36. Gratian.decis.95.n.2.Vrsill.ad Affl.dec.308. num.22.& 23. Hodierna* eruditissimus I.C. *ad Surdum decis.53.num.4 5.& 6. Peregrin. dec.51. in fi.* qui bis decisum refert in beneficium filij, contrà *consilium Capbali 488.*

23 Et consulendo pro hac opinione respondet *Baldus cons.213. occurrit dubium, libro 2. Soccin.cons.23. lib.4. Corn.cons.294. lib.1. Paulus de Castro cons.465.n.1. vers.1. Ias.cons.69.num.6. libro 1. Bologin.cons.44. Desiderius Guido inter consil. vit. vol. cons. 170. num.1.lib.1. Barbatia cons.41. libro 4. P.Mo fes.cons.4.n.23.24.& 25.Reg.Ronitus cons.68. n.2.lib.2.*

24 Prædictis accedat, quod esto, quod fuerit inductus præsumptionem metus reuerentialis in omni contractu gesto inter patrem, & filium, vt *l.1.§. quæ autem de, ff.quarum rerum actio.* concurrente cum hoc metu reuerentiali læsione, quæ clarè apparet ex obligatione, seu fideiussione à filio facta ad patris beneficium, vt aduertit *Reg.Rouit.in dicta prag.nn.59. & Mut. d.decis.94.& P.Molfes.d.cons.42.n.1.& 3.*
25 *lib.2.* certum est, hoc casu tantum metum reuerentialem sufficere ad annullandum actum, vt concludit *Reg. Ronitus in d.prag. n.61. & in d.cons.68.lib.2.n.7.* & nouissimè *Castill.lib.3.controuers.cap.1.nn.55.& Præs. Amatus cons.41.nn.12. & D.Merlin.d.c.39. num.7.*

Pro

Pro contraria opinione ponderatum fuit, quod seruata iuris communis dispositione, est permissum filiosam. pro patre
26 fideiubere, non obstante Senatusconsulto Maced. vt statuitur in *l. filiusfamil. C. de fideiussor.* & cumulat *Hering. de fideiussor. c. 7. n. 336.* & si pro patre fideiubere recusauerit, potest exhæredari, vt ex *tex. in §. aliud quoque capitulum, authent. vt cum de appell. cognosc.* probat *Hering vbi sup. n.* 350. Sicuti neque Macedoniano iuuatur, si mutuam pecuniam accipit pro vtilitate patris, vel eam eius creditoribus soluit, *l. 2. C. ad Maced. l. sed et cum Iulia, §. si filius, ff. eod.* latè *Graß. excep. 27. num. 10.* & hoc
27 indistinctè procedit in filiosam. maiore, *l. vnica, C. de filiofamil. minore.* Respectu verò minoris, id procedit, quando agitur de liberando patre à futuræ carcerationis molestia, *dicta l. 1. C. de filiofam. minor.* notat *Boer. dec. 128.* Et per supradictam
28 *pragm. ad Maced.* non videtur derogatum supradictæ dispositioni iuris communis, quia prag. disponit extensiuè ad prohibitionem filiifamilias factam pro mutuo, ac voto de iure communi, ita vt extendatur ad omnes contractus, & sic in casibus limitatis per ius commune, remanet quoque limitatū hoc ius municipale. Quibus mediis hoc tradit *Consil. Paschal. de patria pot. fl.* quem refert, & sequitur *doctissimus Dom. D. n Franciscus Merlinus Pignatellus M. C. V. meritissimus Iudex Regiique Tribunalis Camparæ Generalis Præfectus, controuers. forens. centur. 1. c. 39. n. 21 & sequent.* vbi hanc contrariam opinionem acerrimè tuetur, subtiliter, & doctè.

Adiuuari hanc iuam opinionem, quod scilicet, esto vera iuris conclusio, quod consensus patribus non possit, nec valeat præstari ad eiusdem patris beneficium,
29 ex dispositione *tex. express. in l. 1. de auth. iurand.* cum alijs cumulatis per *D. Merlinum vbi supra, nn. 28. 29 & 30.* Sed distinguendum erit in authoritate, & consensu,
30 quorum terminorum diuersitatem explicat vbi supra *D. Merlin. nn. 31.* consensum
31 enim à statuto requisitum, posse ad priuatum commodum adhiberi notat *Præs. de Franch. dec. 14. n. 4.* cum alijs additis per *D. Merlin.* vbi supra, quos, ne transcribere videar, omitto. Et ab hac iuris conclusione non videntur abesse notata pro parte negatiua, ibi enim potissimè fundabatur talem consensum esse authoritatiuum, & ideo non posse præstari in consentientis beneficium, sicuti authoritas non potest præstari in authorantis beneficium, vt ibidem Merlin. nu. 31. Hic igitur residet totius quæstionis vis, an scilicet pragm. requirat simplicem consensum, vel authoritatem.

32 Et quia eius verba debent strictè, & propriè intelligi, *l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. g. si cum concord. per Surd. decis. 313. num. 4.* & verba pragmat. vocent consensum, & non authoritatem; quam si fortasse voluisset, id proprio suo termino expressisse confitendum erit; non igitur debent eius verba alterari, & dum consensum requirunt, ad authoritatē protrahi; eo fortius, quia talem consensum iure communi inspecto, validare actum in eiusdem patris beneficium, inferius demonstrabitur.

33 Ponderabatur secundo pro hac eadem opinione affirmatiua, quod hic consensus principaliter requiritur ad commodum creditorum, ideoq; pater præstādo talem consensum, non dicitur in eiusdemmet beneficium id facere, vt fundat *D. Merlin. d. c. 39. nn. 38 & 39.*

34 Vltimo dicebatur fil. famil semper vsos esse *remed. l. 2. ff. & C. quod cum eo.* & non remed. huius prag. vt notat *Præs. de Præch. in decis. 181.* & cumulat *Molfes. consil. 42. nu. 5 vol. 2.* ex quo inferri potest, esse standum iuri communi; & etiam dicebatur ita in terminis dictæ prag. & aliorum statutorum similium id tradidisse multos Doctores, & in specie *Caravit. in d. pragm.*
35 *§. 11. num. 8. & Rotā Romana apud Farinac. decis. 580. tomo. 1.* & in consimili statuto *Cremæ vide decis. Dolen. 14.* alioſque cumulat *D. Merlinus d. c. 39.* Quibus motiuis subtilissimè respondet *D. Giezius* in suis doctissimis allegationibus in hac cōtrouersia editis, quas ne potius videar tractatū, quàm additionem facere, breuitatis causa omitto, ibi à curiosis videndas.

36 Mihi tandem satis videtur adiuuari opinio affirmatiua, eo quod consensus patrius à prag. requisitus, valider obligationem filij, etiam si facta fuerit in eiusdem patris beneficium. Ex quo iure communi inspecto, sic est decisum per tex. ad hoc singularem in *l. sed Iulianus 9. §. proinde, ff. ad Maced.* vbi, ET IDEO SI PATER CONSENSERIT, ADHVC SENATVS CONSVLTVM LOCVS ERIT. cum quo concordat *tex. in l. habitet 11. §. si filius*
37 *fam. ff. de fideiuss.* Hic igitur *Vlpianus* I. C. dat prius regulam, licere fil. famil. pecuniam accipere pro parte, absque Senatus consulti beneficio, dummodo pater sciat id, quod filius fecit; patre verò ignorante, adhuc Senatusconsultum habet; & sic ex-

expresse cauetur, consensum paternum, etiam si obligatio tendat in patris beneficium, validare actũ. Nec dicat quisquis in *d. §. proinde*, non loqui de consensu, sed tantum de scientia patris; nam ad hoc, vt
38 cesset Senatuscons. Maced. idem operatur scientia, ac consensus, *l. si tamen 14. ff. ad Maced.* & ideo de iure communi est indubitatum, talem consensum validare obligationem in eiusdem patris beneficium.

Quod ex alio capite roborari potest, quia eodem iure communi inspecto, con-
39 sensus paternus requisitus, ex *l. Zenodorus 2. & l. si permittente 4. C. eodem*, potest præcedere, & subsequi, vt *l. si fil. famil. 7. C. eod.* Quo casu, vt supra fundatum est, pro contraria opinione, *vers. præterea si talis consensus, nu. 16.* non dicitur ad authorandum, sed pro patris interesse, ergo validat actum.

Hac igitur solida decis. tex. in dicto *§. proinde*, cum suis adminiculis fundata conclusione pro affirmatiua, sequitur absque dubio dicendum, quòd esto, quod hic casus fuit à pragm. omissus, remaneat
40 sub iuris communis dispositione, ad notata per *Prosp. de Franch. in dec. 489. num. 21. cum aliis à nobis supra num. 15. deductis, & ab eodem D. Authore supra conf. 12. nu. 17.*

41 Eo fortius, quia hæc prag. corrigit ius commune, præsertim circa duo, veluti primo circa generalitatem omnium cõtractuum, quos prag. Senatuscons. beneficio succurri vult, cum alias de iure communi non nisi in mutuo, & fideiussione Senatuscons. locum haberet, *l. si fil fam. 4. ibi, Is autem solus, &c. & l. item si fil fam. 8. ff. eod.* Et secundo, circa id, quod Regia pragmat. requirit consensum paternum, in ipso stipulationis actu adhibitum, cum alias de iure communi posset præcedere, & subsequi, *dicta l. si filiusfamil. 7. C. eod.*
42 Et proinde tale statutum correctorium iuris communis, debet interpretari vt quanto minus fieri potest lædat ius commune, *cap. cum dilectus, de consuetud. Rom. cons. 197. num. 2. Alex. cons. 106. nu. 9. Cors. cons. 115. col. penult. vol. 2.*

Nec dubitari potest quin consensus requisitus à Regia prag. omninò existimari debeat eiusdem naturæ, ac consensus re-
43 quisitus à iure communi, quia lex noua, quando inducit nouum remedium simile legi veteri, censetur illud inducere secundum remedium legis veteris, *Soccin. in l. 1. ff. ad legem Falcidiam, num. 56.*

Quæ verò subijcio, saluo semper saniori iudicio, doctissimorum DD. Senatorum Sacri Consilij, à quibus expectatur edictale responsum in hac controuersia, cum maximo totius fori desiderio.

Octauius Bilotta.

FINIS.

Digitized by Google

Pag.	col.	nu.	lin.	Errata.	Corrige.
3	1	8	17	veriori	verior
7	2	10	31	110	101
ibid.			36	nomeris	numeris
9	1	6	35	dolis	dotis
ibid.		7	41	Quoties	Quotidie
15	2	5	33	§.10 §.8	§.8.
21	1	5	25	debet	debeat
23	2	3	25	tenuit	tenberit
39	2	15	45	primogeniti	ſecundogéniti
45	1	2	28	441	300
ibid.		3	39	415	281
46	1	10	9	n.73.1.vol.	n.6.vol.2.
ibid.	2	1	24	prouidentia	prouidentia ſimpliciter
47	2	1	27	quod	qui
ibid.		4	35	ad hunc	ad hoc
50	2	2	23	hçreditario	etiam hæreditario
52	1	5	antep.	prauam	Quadragenaiem
56	2	2	30	gratam	gratia
58	1	2	25	Agnatis	quam agnatis
65	1	2	37	in fine	fol.71.lit.A.
66	2	6	33	Actenaſiæ	Tenaſiæ
ibid.			40	concluſ.8.	concluſ.10.
70	1	1	19	tranſmiſsio-ne.& nõ ſuc ceſsione	ſucceſsione, & non tranſmiſsione. vt diximus concluſ.8.
71	1	6	33	Iſer.	Camerar.
72	2	8	30	fine	ſit
ibid.			32	nu.3.	nu.7.
ibid.		5	43	qui	quæ
73	2	5	7	alienatio	Reuocatio
78	2	1	20	in continenti	inconuenti
ibid.			28	hæ	hæc
80	1	3	vlt.	lit B.	lit.C.
ibid.	2	4	12	fol.8.	fol.80.
ibid.		5	29	affixa	affixis
ibid.		7 antep.		magni illius Ducis Cõſalui Ferdinandi	Magno illi Duci Conſaluo Ferdinando.
89	1	26	12	ad dicta	dictis
92	1	13	21	Hieroſolimitani	Hieroſolymitano
104	2	9	3	volum.	col.2.
ibid.		13	34	parte 5.	parte 1.
118	2	1	17	243.	143.
136	2	1	37	vi o	à viro
137	1	2	2	opinioni	opinione
140	1	in fũ.	21	ceſsionem	ſectionem
144	2	32	48	primum	primi
145	2	37	26	ſolutio	ſolutione
147	2	8	20	alirer	à lite
148	1	18	32	lectores	tutores
ibid.	2	20	30	ad hæc	adhuc
149	1	23	43	ſupponuntur	ſupponunt
161	2	4	19	ſtatuto	in ſtatuto
164	1	22	35	conſenſum	conſentus
ibid.			36	requiſitum	requiſitus

Reliqua, cum ſint parui momenti, Lector ipſe facilè diluet.

RERVM,

Digitized by Google

RERVM, AC VERBORVM
ſingularium totius operis locupletiſsimus Index,

Alphabetica ſerie compoſitus.

Littera c. concluſionem indicat.

A

Acceſſiones feudo facta feudales fiunt, ſi inſeparabiles ſunt ab ipſo feudo, quod ſecus eſt in ſeparabilibus, concluſ.62.num.1. fol.84

Acceſſiones additæ feudo, ſi ſint ſeparabiles, et propterea non efficiantur feudales, ſiunt tamen feudales, ſi per triginta annos fuerint poſſeſſæ, vt feudales, ibid.n.2.

Accuſator ſi deſiſtat in crimine vſurarum, non poteſt procedi in Regno, conſ.7. num.6. 8. & 12. 139

Actiones omnes indicantur eiuſdem naturæ cum ſubiecto, cui diriguntur, conſ.9.n.2. 147

Actio contra venditorem vt poſſeſſionem tradat, durat quadraginta annos, conſ.4.n.9. 135

Actio ad rem aliquam regulatur ſecundum naturam rei, & hinc actio ad feudum, eſt feudalis, c.10.n.1. 34

Actio radicata in perſonam cedentis, exercetur per ceſſionarium ſine aſſenſu contra debitorem, vel compellendo eum ad agendum, vel agendo ipſa via ad euitandũ circuitum, c.40.n.3. 62

Actus defectiuus factus ad fauorem priuilegiatæ perſonæ tenet, conſ.9.n.21. 149

Actus de per ſe inualidus, iuramenti religione firmatur, conſ.9 n.13.14.& 16. 147.148

Actus geſtus contra iuramentum, valet, etſi gerens ſit periurus, conſ.1.n.10. 130

Adiutorium quid ſit, & vnde originem ſumpſerit, et in quibus iuribus de eo fiat mentio, c.37. n.1. 59

Adiutorium in quibus caſibus debeatur Baroni à vaſſallis burgenſibus, ibid.n.2.

Adiutorium debetur Regi à feudatarijs, ibid.n.3. & in quibus caſibus, n.4.

Adiutorium quomodo taxetur, ibid.n.5.

Adiutorium debetur etiam Regi vltra caſus poſitos per Afflict.in decis.265.ibid.n.6.

Adiutorium debetur eſto quod feudum ſit conexum cum qualitate burgenſatica, ibid.n.7.

Adiutorium debetur in feudo mixto domino immediato. & ſic Baroni, ibid n.8.

Adiutorium debetur pro maritanda nepte paupere, & pro militia nepotis pauperis ibid.n.9.

Aduba, dicitur ab vnione, ſeu adunamento plurium feudatariorum, ad conſtituendum vnum militem, c.17.n.3. 28

Aduba quanta ſit in vnoquoque feudo, ſive vaſſallus habeat, ſive non, ſive ſit planum, & de tabula, ibid n 4.

Aduba eſt onus feudi, & ideo pro ea competit Regiæ Curiæ actio realis contra tertios poſſeſſores, c.17.n.8. 29

Aduba non debetur in taxatione paragij, & vitæ militiæ, c.98.n.1. 123

Aduba tota eſt primogeniti onus, ibid.n.2.

Aduba ſoluitur ſemper vniformis, iuxta taxam antiquam, c.17.n.6. 29

Adoptiui excluduntur à ſucceſſione feudorum, c.79.n.8. 107

Agens ad feudum ex pacto, & prouidentia, non tenetur declarare, ſi venit ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſecus in feudo hereditario, nam tenetur in additione ad concluſ.77 n.8. 104

Agnato proximè immediatè ſucceſſuro, poteſt etiam obligari feudum ſine aſſenſu, concluſ.6. num.7. 13

Agnatus ſuccedens in feudo hereditario, non improbabit ſeruitutem conſtitutam per prædeceſſorem, c.90.n.6. 116

Agnatus proximior poteſt intra annum intentare ius protbomiſeos, quando eſt facta venditio vlteriori agnato, ſed ſi eſſet facta extraneo, competerent triginta anni, c.19.n.5. 32

Agnatus præfertur directo domino in emptione feudi per ius protbomiſeos, ibid.n.6. 33

Agnato proximiori competit ius protbomiſeos intra annum, reſtituto tamen pretio, ibid.n.3.

Agnati opus eſt quod ſint nati tempore alienationis, filij verò ſufficit quod ſint concepti, vt revocare poſſint alienationem feudi ex pacto, c 52.n.2. 74

Agnatus eſt melioris conditionis, quàm filius circa revocationem alienationis feudi ex pacto, ibid.n.6.

Aggregatio ad cætum nobilium, non debet fieri,

INDEX.

nisi deficientibus nobilibus antiquis, consil. 11. n. 4. 154
Alienans feudum sine assensu, et tradens si postea revocat ante litem motam, illud non amittit, c. 56. n. 1. 78
Alienans feudum sine assensu potest revocare ante litem contestatam per fiscum, ibid. n. 2.
Alienans feudū, & illud non tradens, non incurrit poenas cōst Constitutionē diuae mem. c. 54 n. 1. 76
Allodialis praesumitur res potius, quam feudalis ex praesumptione libertatis, & exemptionis, & ista praesumptio sufficit ad obtinendum, contrario non probato, c. 51 n. 1. 72
Allodium dicitur quasi aliunde quaesitum, & à nemine recognoscitur, nisi à solo Deo, ibid. n. 2.
Allodium, & burgensaticum idem sunt, ibid n. 3.
Allodialis res probatur ex descriptione in inventario, seu catasto publicè confecto, ibid n. 6.
Amita fuit admissa expressè ad successionem feudorum per gratiam, c. 23 n. 6. 38
Andreae de Isernia laudes, c. 1. nn. 3. fol. 2. & in cons. 7. n. 7. 139
Annus incipit ab additione, quando feudum non est petitum haberi, de reliqua verò à die montis circa solutionem relevii, c. 18 n. 7. 30
Annuus redditus, si est redimibilis, videtur debitum resolui in unam summam pecuniae, cons. 8 num. 19. 143
Appanagium de iure Francorum, & Abbanagium de iure Germanico, idem significat, quod vita militia de iure Regni, c. 14 n. 4. 23
Appellatio à termino nimis brevi, vel nimis longo non datur in causis feudalibus, in addit. ad c. 77. n. 11. 104
Arbitrium Iudicis regulatur à lege, praesertim in criminalibus, cons. 10. n. 3. 150
Argumentum valet à rebus saepius decisis, & sic observatis, cons. 7. n. 13. 139
Ascendens non succedit descendenti in feudo novo, de iure feudorum, quod limitatur, c. 24. nn. 4. 5. & 6. 42
Ascendens succedit descendenti de iure communi feudorum in feudo antiquo, & paterno, exclusis propriis filys, fratribus defuncti, ibid. num. 7. 8. & 9.
Assensus potest probari nedum per scripturam, sed etiam per testes, contra Afflict. in decis. 143. & 194. c. 88. n. 1. & 2. 114
Assensus hodie requirit scripturam, attentis pragmaticis Regni, ibid. n. 3.
Assensus praestitus pro contractu faciendo, non extenditur ad iam facto, & è contra, c. 100. num. 4. 134
Assensus praestitus dispositioni inter vivos, non extenditur ad dispositionem in ultima voluntate ibid. n. 5.
Assensus praestitus donationi inter vivos, non extenditur ad donationem causa mortis, nisi sit praestitus generaliter donationi, ibid n. 6.
Assensus impetratus pro certa summa, non operatur pro maiori, vel minori summa. ibid. n. 7.
Assensus quādo fuit impetratus ad venditionem, non trahitur ad donationem, seu obligationem, ibid. n. 8.
Assensus si fuerit impetratus ad venditionem totius feudi, non habet locum in venditione partis (praesuppositio feudo diuiduo) ibid. n 9.
Assensus licet sit strictī iuris, & in eo fiat stricta interpretatio, tamen de expresso, & concesso in assensu fit latissima interpretatio, ibid. n. 10. & in add. ad c. 87. n. 9. 114
Assensus praestitus super dotis consignatione, intelligitur praestitus super dotis restitutione, ibid. n. 11. 125
Assensus nō extenditur de persona ad personam, nam cum sit gratia, resoluitur in vim privilegij, ibid. n. 1.
Assensus, quamvis strictissimi iuris sit, comprehendit attamen omne id, quod ex proprietate nominis, vel verbi continetur, in add. ad c. 87. num. 8. 114
